suffocare. Luc.viij. Simul exorte spine suffocauerunt illud. ¶Secundo debemus domum dignam et hospitium preparare. scilicet cor nostrum. Ambrosi. in libro sermonum. Domos animarum vestrarum adornetis bonorum operum floribus: eas repleatis precioso castitatis odore. In ista domo sunt tres camere que debent esse pure et munde. scilicet memoria: intelligentia: et voluntas. In memoria habitat pater. In intelligētia filius. In voluntate spiritussanctus. Memoria enim secundum August. est mater intelligentie. Intelligentia enim nihil cognosceret nisi memoria sibi influeret. Similiter voluntas generatur a memorie intelligentia. Nemo enim aliquid vult nisi illud i memoria habeat: et nisi intelligentia aliqualiter cognoscat. Et sic memoria est mater intelligentie: intelligentia est proles memorie: voluntas ho procedit ad vtraq. Et ideo per quandaz appropriationem pater habitat in camera memorie: filius in camera intelligentie: spiritussanctus in camera voluntatis. In camera igitur memorie pater habitat per beneficiorū dei continuam recordationem. ps. Memor fui dei et delectatus sum. Maxime enim tria in memoria habere debemus: scilicet dei beneficia ad regratiandum: peccata nostra ad dolendum: et mortem nostram ad prenidendū. Deutero. xxxij. Utinam saperent. i. cuz sapore cognoscerent dei beneficia: et intelligerent sua peccata: atq; nouissima puiderent scilicet mortem. Ista autem talis meditatio cameram scopat et mundat. Psal. Meditatus sum nocte cum corde etc. In camera intelligentie habitat filius per fidem verā et sapientiā diuinā. Ephesi. iij. Habitare christū p fidem in cordib⁹ vris. In hac aūt domo intelligentie non debemus ponere sapientiam diabolicam que mors est ale. Rom. viij. Sapientia carnis mors est anime. Piere. iiij. Sapiētes sunt vt faciāt malū: bene aūt facere nescierūt. Nec sapiētiā mundanā q; vana est Sap. xiij. Uani sunt oēs hoīes in quibus nō est sapientia sine scientia dei. Debemus antē ibi ponere sapientiā dei. q; vita est anime. Que sm Aug. in duobus consistit. scilicet in cognitione dei et in cognitiōe sui. Unde ait in lib. soliloquiorū dicens. Deꝰ semper idem es: si nouerim te nouerim me. Ista autem sapientia que est per fidem domum intelligentie purgat et mundat. Actuum. xv. Fide purificans corda eorū. In camera volūtatis habitat spiritussanctus per amorem. Unde postq̄ dixit dominus Johan. xiiij. Si quis diligit me sermonem meum seruabit etc subdit. Et ad eū veniemus et mansionem apud eum faciemus scilicet per amorem. Ab ista autem camera voluntatis ois perturbatio est tollēda: quia iste hospes non habitat nisi in domo pacifica et quieta. Uerūtamen cum triplex sit turbatio. Una meritoria a qua quis turbatur contra vitia et peccata. ps. zelauit super iniquos etc. Alia prohibita. de quo dicitur. j. Jo. iij. Qui odit fratrem suū homicida est. Alia permissa vbi subditur motus animi sine quo presens vita non ducitur. quia dicit Hieron. Qui nulla animi perturbatione monetur (vt simpliciter dicam) aut deus aut lapis est. Jō primam per turbationem scilicet meritoriam in hac camera voluntatis debemus seruare. Secundum: scilicet prohibitam debemus abijcere. Tertiam: scilicet permissam inquantum possumus temperare. ¶Tertio debemus cibos preparare vez materialē spiritualem et celestem. Primū scilicet materialem preparemus m pauperum refectionem. Christus eī in pauperē reputat esurire et pasci. Mat. xxv. Esurij et dedistis etc. Scōm cibum: scz et spiritualem debemus preparare in nostri iustificationem. de quo dr Johannis. iiij. Meus cibus est vt faciā voluntatem patris mei. Istum cibū christus hostiatim vadit querēdo dicens Apo. iij. Ego sto ad hostiū et pulso: si quis aperuerit mihi ianuā intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum. In ista enim cena peccator debet ponere tres partes: scz contritionem: confessionem: et satisfactionem. Deus autē tres alias partes ponit: scz remissionem culpe infusionem gratie: et collationem glorie. Sed multi sunt similes loculatoribus qui semper volunt cōedere de alieno et nunq̄ de suo. Sic etiam tales libenter vellēt q; deꝰ partes suas apponere: et ipsi nihil apponere vellent. Tertium cibum id est celestem debemus preparare in dei laudatione. ps. Nūquid manducabo carnes. tauros etc. Et dicitur cibus celestis: quia sancti tali cibo in celo pascuntur. ps. Beati qui habitāt in domo etc. Augustinus in libro de ciuitate dei. Ipse erit finis desideriorū nostrorum. qui sine fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur. Si quis amicum suum libenter videt illa visio quandoq; finitur. Si quis amat ille amor quandoq; in fastidium vertitur. Si quis laudat vel canit, sepe ex tali actu fatigatur. Sed tunc nec visio nostra habebit finem: nec amor fastidium, nec laus fatigationē sed continuū feruorē. ¶Quarto debem⁹ assumere vestes pulchras spōso consimiles. Christus autē habuit quatuor gña vestium: scz vestes albas. Apoc. iij. ambulabunt mecum in albis. Rubeas Esa. lxiij. Quare rubrum est indumentum tuum? Deauratas et varias. ps. Astitit regina id est xpi anima que corpus suū laudabiliter tenitum vestitu deaurato circūdata varietate. Per hūc modū xpi spōsa id est quelibet fidelis aia debet habere vestes albas per mundītie conservationē. Apoc. iij. Uestimētis albis indueris vt nō ap. cōfu. nu. tu. Rubeas p dñice passionis meditationē. ij. Reg. j. Uestiebat vos coccino in deliciis. Deauratas per feruentē charitatem. ps. In fimbriis aureis circūamicta varietatib⁹. Et varias p studiū multiplicitatē Eze. xvj. Uestiui te discoloribus.

¶Dominica infra octauā natiuitatis domini. Sermo. j.

Tantioseph et maria mater iesu admirātes super his que dicebātur de illo. Luc. ij. Non solū verba christi fuerunt nobis in documentum et ea que fecit fuerunt nobis in exemplum: sed etiam que circa eum et propter eum facta sunt magnum nobis preferūt fidei mysteriū: sicut patet in euāgelio hodierno vbi plures persone ponūtur que sunt nobis ad instructionē et informationem. Ibi em̄ instruuntur coniugati vidue et virgines, senes et pueri, parētes et filij. Primo quidem ibi instruūtur coniugati et hoc in maria et ioseph inter quos fuit verum matrimonium: tamen sine commixtione corporum. Maria quidē honorabat sponsum suum eum sibi preponendo. Luce. ij. Ecce pater tuus et ego. Et ei obediens erat sicut quādo iam pregnans secum in bethleem iuit et postmodum in egyptū properauit. Joseph honorabat sponsam suam: tanq̄ matrem domini sui. Uxorigik debet obedire viro suo. j. Pet. iij. Mulieres subdite sint viris suis: sicut sara obediebat abrahā dñm eum vocans virum autem debent vxores suas honorare. ibidem. Uiri similiter cohabitātes sm scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorē. Ambo aūt. s. vir et mulier dñt seinuicem precordiali amore diligere. Quod em̄ vir vxorem suā diligere debeat precordiali amore, ostendit ex prima formatione: q; mulier formata est de parte corporis viri iuxta cor: ad innuendum q; vir debet vxorem diligere precordiali amore. Qō ho vir mulierē amore precordiali diligere debeat: ostēdit er ecclie institutiōe q̄ ordinauit vt in q̄rto digito spō se annulus imponatur. Dicūt em̄ naturales q; quedam vena a corde procedit que in quarto digito rēsponder: ideo igit annulus in quarto digito ponitur ad innuendum q; vxor virū suū diligere precordiali amore tenetur. ¶Scdo instruunt vidue: et hoc p annā viduā prophetissam. Dicit aūt Aug. in li. de vita xpiana: q; sunt tria genera viduaz. Tria inquit esse genera viduarum non ignorare te credo. Primū quidem est perfectissimū et celesti premio destinatum quod die ac nocte debituz est orationibus et ieiunijs. De quibus apostolus. j. Timo. v. Uiduas honora que vere vidue sunt. Aliud qō intēdit cure domus et filijs alendis: nec tñ peccatis obnoxiū. Aliud qō intendit epulis et deliciis: quod eterne morti seruat et pene. De quib⁹ apostolus. j. Timo. v. Uidua que in deliciis est viuens mortua est. Et quāuis ad omnes spectet orationibus insistere precipue tamen hoc conuenit illis que vere vidue sunt. Sicut ostendit Augusti. tripliciter in epistola ad probā. de orando deū. Primo exemplo ipsius anne vidue de qua dicitur q; non discedebat de tēplo ieiu. et orat. servi. deo die ac nocte. Secdo exēplo alteri⁹

vidue importune instantis cuidã iudici vt cũ vindicaret de aduersario suo: quã dominus cõmemorauit: dum ad semp orandum ⁊ non desistendũ nos admonuit: vt habetur Luc.xviij. Hoc etiam ostẽdit Augustinus auctoritate apostoli qui ait.j.Timo.v. Que vera vidua est ⁊ desolata speret in dño ⁊ instet oratiõibus die ac nocte. Ideo autem apostolus dicit viduam desolatam ẽm Aug.ibidem.quia nondum apprehẽdit illam vitam vbi est verũ certũq; solatium. ¶ Tertio instruuntur virgines in hoc q ipsa anna virginitatem vsq; ad matrimonium dicitur conseruasse: per qõ datur intelligi q mulieres virginitatem suã vsq; ad matrimoniũ corporale vel spirituale debẽt custodire: ⁊ tunc sponso carnali vel spirituali illibatam fidez seruare. Est ẽm virginitas preciosus thesaurus et cum cautela ⁊ diligẽtia seruãdus. Et hoc maxime propter vasis fragilitatem. Non ẽm est iste thesaur⁹ in vase ferreo: sed fictili.ij.Cor.iiij. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus. Propter istius thesauri impreciabilitatem: quia nõ põt in equũ vel in melius cõmutari. Eccli.xxvj. Nõ est digna põderatio cõtinentis ale. Propter istius thesauri irrecupabilitatẽ. Quãuis ei christus multa miracula fecerit: ⁊ multos mortuos suscitauerit: tamẽ virginitatem perditam nulli vnq; restituere voluit. Hiero⁹. Cum ola possit deus: virginẽ tamẽ non potest suscitare post lapsuz. Illud autem sepeõ: homo non posse facere qõ nũ ẽ facit cuius possit: sic deus dicitur hoc facere non posse: quia hoc nunq; voluit facere. ¶ Quarto instruuntur senes ⁊ hoc p simeonem senem. de quo inter cetera dicitur q erat timoratus. Illi enim qui in tota vita sua deo seruierunt possunt de deo multum confidere. Illi vero qui tantum in senectute: possunt de deo multum timere. In veteri lege de⁹ ꝓceperat q sibi animal imaculatũ offerret ẽ tũ ad caput corpus ⁊ caudã. Caput in hoie est ꝓma etas scz adolescentia siue iuuentus. Cauda est vltima etas scz ipsa senectus. Corpus est etas media inter has. s. etas virilis. Qui igitur dant deo suam iuuentutem virilem etatem ⁊ senectutem: isti offerunt deo caput corpus ⁊ caudam. Isti de deo multuz possunt considere. Qui vero dant mũdo suam iuuentutem sed postmodũ deo etatẽ virilem ⁊ senectutem: isti auferũt caput: dant tamen corpus ⁊ caudã. Isti possunt timere ⁊ cõfidere. Timere quia caput hostie detraxerunt. Cõfidere qz corp⁹ ⁊ caudam obtulerũt. Qui aũt dãt solummodo deo caudã: isti pñt timere multũ. ꝑs. Seruite dño in timore ⁊ exultate ei cum tremore. Quasi dicat. Vos qui totam vitaz deo dedistis: seruite dño ⁊ letitia. Vos q etatẽ virilem et senectutem deo obtulistis: exultate ei sed cũ tremore: qz iuuentutem sibi abstulistis. Vos qui tm̃ senectutem deo dedistis: seruite ei cum tremore. ¶ Quinto instruuntur pueri per hoc q dr. Puer autem crescebat ⁊c. Sicut em̃ pueri crescũt per etatem: sic debent crescere per virtutem. Si enim dies post auroram nõ crescret, inutilis esset. Quasi aurora alc est gratia incipiens. Sicut igit aurora crescit in lucem ⁊ de luce in perfectum diez. Sic anima de gratia incipiente debet crescere in proficientem: ⁊ de proficiente in perfectã. Prouer.iiij. Justorũ semita quasi lux splẽdens. ecce aurora gratie incipientis. Procedit. ecce lux gratie proficientis. Et crescit vsq; ad perfectum diem. ecce dies gratie consummantis. ¶ Sexto instruuntur parentes qualiter erga filios debent se habere in hoc scz q parẽtes xpi ipm puerum ad templum perduxerũt. per qõ ipsi parentes instruuntur vt filios suos a puritia instruant vt ad ecclesiam vadant: et dei mãdata custodiãt: pueri em̃ tãq; mollis cera de facili ad omne bonũ adducuntur: sed postq; in malitijs indurantur: vix ad bonum reuocantur. Prouer.xxij. Adolescens iuxta viam suam: etiam cum senuerit non recedet ab ea. Unde propheta in ꝑsona puerorꝫ ⁊ iuuenum dicit. Faciez meã cor meũ tanq; cera liq̃scẽs. Sz in ꝑsona illorũ qui tam indurati sunt: subdit. Aruit tanq; testa virtus mea ⁊c. Tales enim ab omni humore gratie exiccantur. ideo dicit. Aruit tanq; testa ⁊c. Et quia nũq; aut raro cõfitẽtur ideo subdit. Et lingua mea adhesit faucibus meis Et sepe in suis malitijs moriuntur: ideo subdit. In pul. mortis deduxisti me. ¶ Septimo instruunt filij q propter dolorez parentum non dimittant deo seruiant: qõ notat̃ p hoc q simeon dixit matri sue. Tuam ipsius aiam pertransibit gladius. Filius em̃ dei non dimisit ẽ crucẽ ascenderet: ⁊ in ea vsq; ad mortem persisteret: Cuius sciret q gladius doloris matrẽ suam ꝓfixaret. A matre autẽ se absentauit vt operibus dei insisteret: ẽ nis sciret q de sua absentia multum mater doleret. Luc.ij. Pater tuus ⁊ ego dolore. te. Per hoc igitur filij instruũtur q nõ debeant dimittere propter dolorem parẽtum quin pnie crucẽ ascendant, et quin in ea vsq; ad finẽ vite sue permaneant: ⁊ ẽ spiritualia ⁊ dei opera terrenis vtilitatibus parentum semper preponãt. Hiero. i epistolis. Licet paruul⁹ ex collo pẽdeat, nepos in gutture: iz sparso crine ⁊ scissis vestibus vbera quibus te nutriuerat mater oste̊dat: licet in lumine pater iaceat: p calcatum perge pfem contempta matre: siccisq; oculis ad vexillum crucis euola. solũ pietatis genus est in hacre esse crudelem. Gladium tenet hostis vt me⁊ perimat: ⁊ ego de mꝑis lachrymis cogitabo?

¶ Sermo secundus.

ET dixit Simeon ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinã ⁊ resurrectionẽ multorũ in israel et in signũ cui cõtradicetur. Et tuã ipsius aiam pertrãsibit gladius. Simeon spiritu dei plenus ꝓphetauit ista de christi passione ⁊ resurrectiõe: ⁊ de maximo quẽ beata virgo habitura erat dolore. In quibus verbis quatuor tãgũtur. Unũ quod spectat ad nos. incussio magni timoris: tria que spectãt ad virginem. s. titulus magni honoris, affectus amoris, ⁊ gladius magni doloris. ¶ Primo ex parte nostri notatur incussio magni timoris cũ dicitur. Ecce posit⁹ est hic in ruinã. Christus enim fuit in ruinam malis qui suis salubribus documẽtis ad suam perditionem vtuntur. Tales em̃ excecantur ex luce, moriuntur ex odore, ⁊ infirmantur ex medicamine. Ista tria exempla adducũtur a sanctis. Primum adducit Chry. dicens q qñ lux splendet et sol radiat: oculos debiles ꝓturbat. Aug. Oculis egris odiosa est lux que sanis ẽ amabilis. Tales sunt sicut noctue ⁊ vespertiliones que excecantur a luce. Scõm adducit apl⁹ dicens.ij.Corint. ij. Christi bonus odor sumus his qui salui fiunt ⁊ his qui pereunt: aliis quidẽ odor mortis in mortem: aliis odor vite in vitam. Tali odore moriebatur iudas q ait Johã. xij. Quare hoc vnguẽtũ nõ ve.ec. Interlinearis. Iste morit bono odore de quo alij viuunt. Tales sunt sires bufonibus ⁊ serpẽtibus qui odorẽ vince ferre non possunt: sed fugiũt. Tertiũ exemplum adducit Greg. dicẽs. Celestis medicus egros nõ respicit quos de medicamẽto deteriores fieri videt. De talibus dr Hiere.lj. Curauim⁹ babylonẽ et non est curata: derelinquam⁹ eã. Eins̃. xxx. Insanabilis est iactura tua: pessima plaga tua. ¶ Secũdo ex pte virginis ponitur titul⁹ magni honoris i hoc q mater christi nominatur. Magn⁹ honor eũdẽ filiũ habere cũ deo. Magn⁹ honor matrez esse illi⁹ in terris cuius est deus pr i celis. Ipse etiã filiꝰ dẽ tanq; matrẽ charissimaz honorauit i natiuitate sua: quia saluo virginitate de ea nasci voluit: quod nulli alteri cõcessuz vnq; fuit. Unde dr Sicut sidus radium profert: sic virgo filiũ. Itez vt sol non violat vitrũ per quod tamen intrat: sic de prole pia manet imaculata Maria. In vita sua: quia sibi obediẽs fuit. Luce. secũdo. Erat subdit⁹ illis. In morte sua: quia eam Johanni sollicite commẽdauit. vt habetur Johãnis. xix. Post resurrectionem suaz: quia sibi prius apparuit. Unde dicit Sedulius. Semper virgo manens hui⁹ se visibus aptans Luce palã domin⁹ prius obtulit. Et post ascensionem suam: quia in suã gloriam eã deduxit: ⁊ ad dexteram suã eam suscepit. Psalm. In voluntate tua deduxisti me. ¶ Tertio ex pte virginis ponitur affectus magni amoris cuz dicitur. Tuã ipsius animã pertrãsibit gladius. Qõ ꝑtribus modis intelligi potest. Primo sic: tuam ipsius aiam: id est tuã ipsam animaz: vel animã ipsius que est tua: vel animam que est ipsius. Et hoc notat̃ non per naturam sed per virtutem et vinculum charitatis immẽse. De sola enim anima beate virginis dici potest q sit filij, ⁊ econuerso: ꝺa nunq; fuerunt nec esse possunt due anime tam

singulari amore cōiūcte. Erat ei alia virginis alie filij sic p amorē vnita: q tota i filij amorē erat puersa. Sicut ei ferrū missū i ignē totū ignis efficit: sic Marie alia charitate succēsa tota effecta est charitas: qz tota erat liquefacta. Sicut cū aurum ad calorem ignis totū liquescit: sic eius anima igne amoris inflammata tota erat liquefacta. Cant. quinto. Anima mea liquefacta est. Tota erat languida. Amorem spiritualis facit animā languidā z infirmam in amando terrena: sed fortē z robustā in amādo celestia. ij. Cor. xij. Cū ei infirmor tūc fortior sū z potēs. Et qz alia ꝛgis tota ab amore mundi defecerat z dei amore plena erat: iō se languidā esse dicebat. Cā ti. v. Nūciate dilecto ꝛc. ¶ Quarto ex parte virginis ponitur gladius magni doloris cū ꝺr ptransibit gladius. In hoc q ꝺr gladi⁹, oñditur q dolor fuit magnus. In eo q dicit animā: ostēdit q dolor fuit intimus In eo q dicitur pertransibit: ostenditur q fuit transitor⁹, quia in gaudiū est cōuersus. ꝑs. Ad vesperum demo. fle. ꝛc. Et qm̄ nō pōt aliquid sine multo dolore amisti quod cū multo amore fuerat possessum: iō videamus cḡtus matris ad filium fuit amor z tūc videre poterimus cḡtus etiaz dolor fuit. Si quidē in xho triplex fuit substātia. s. caro, aia, z diuinitas. Erat igit inter matrē z filiū triplex ꝯiunctio. s. carnis ad carnē ſm naturā: aie ad aiam ſm amicitiā: spir⁹ ad deitatē ſm gratiam. Amabat igit ꝛgo btā xpm amore nature tāq̄ filiū suum: amore amicitie tanq̄ amicum suum: amore gratie tanq̄ creatorem suū. Dilecabatur igitur caro virginis videcarnē xpi tam crudeliter laniari: vulnerabatur eius anima videns animam christi tam grauiter contristari: laniabatur spūs eius videns dignitatem christi tam ignominio se tractari. Iste autem gladius qui animā eius ptrāsiuit ſm Ambro. fuit gladi⁹ diuini sermōis. de q ꝺr Heb. iij. Uiu⁹ ē sermo dei z efficax z pene. oī gladio anci. istū gladiū pfundi immersum habuit qz dei misteria pfundi⁹ ceteris penetrauit, z ꝛba dei sp in corde medullit⁹ portauit. Lu. ij. Maria aūt cōser. ꝛc. Scōm autem Ber. iste gladi⁹ fuit gladi⁹ amor: vñait su p Cāti. Est sagitta electa amor xpi q aiaz Marie nō tm̄ ptrāsiuit: sz ita ptransiuit vt nullā i pectore virginali pticulam vacuaz amore dereliq̄rit. Fz aūt Beda iste gladi⁹ fuit gladius doloris quē dñice passionis tpe sustinuit. Uñ ait. Gladi⁹ doloris dñice passiōis ei⁹ aiam ptrāsiuit: qz nō potuit videre filiū crucifixū sine affectu materni doloris: z si nō speraret resurrectuꝝ. Bern. Tuā aiam ptrāsiuit vir dolor⁹: z ideo te plus q̄ martyrē nō imerito p̄dicam⁹ i quanimit⁹ sensū corpore passiōis excessit affect⁹ durissimi doloris. Damascen⁹: Dolores q̄s effugit pariēs tpe passiōis sustinuit.

¶ Sermo tertius.

Ecce positus est hic in ruinam z in resurrectionē multoꝝ in ysrael z in signū cui cōtradicetur. In deo duo sunt: sc̄z mia z iustitia. ꝑs. Duo hec audiui. Qz ptās dei est ettibi dñe mis. In oib⁹ aūt quersis est multa malitia: qz nec iustitiā dei formidāt: nec miam ei⁹ desiderāt. In xbis ergo p̄missis primo ponitur dei iustitia cū ꝺr Ecce posit⁹ est hic in ruinaz. Scō cōmēdatur dei mia cū subditur. Et in resurrectionē multoꝝ in ysrael. Tertio oñditur hois malitia cū subditur. Et in signū cui cōtradicet. Circa primū notandū q iustū est vt hoies mali ruant: id est corruāt triplici de cā. Primo q nimis se onerāt: sc̄z onere diuitiarū: pctōrū z turbationū. Qō em̄ diuitie onerent z aggrauēt: ꝺr Abacuch. ij. Ue q̄ cōgregant nō sua: vsq̄ quo aggrauāt cōtra se densum lutū. Qō pctā onerēt ꝺr in psalmo. Iniq̄tates mee supergresse sunt caput meū. Qō turbatiōes z ire malorum sint graues: ꝺr Prouerbio. xxvij. Graue est sarum et onerosa est arena: et ira stulti vtroq̄ grauior. Istud triplex onus ad deponendum nos monet ap̄s dicens Hebr. xij. Deponentes omne pondus quo ad primum: z circūstās nos peccatum quoad secundum: per patientiam curramus ad propositum ꝛc. quoad tertium. Secundo iustuz est q ruant qz debiliter se appodiāt rei fluxibili. Ideo ipsi assimilātur fluuio. ij. Reg. xvij. Oēs morimur z quasi aque dilabimur q̄ non reuertuntur. Appodiant se rei debili: ideo assimilantur baculo arū dīco. Esa. xxxvj. Ecce confidis super baculum arundineū. Appodiant se rei exposita casui: iō assimilantur parieti inclinato. ꝑs. Tanq̄ parieti inclinato et macerie depul. Qui autē appodiat se deo cadere nō pōt: qz appodiat se petre firmissime cōtra fluxibilitatem. ꝑs. Petra refugium herinacijs. i. hericijs. i. peccatorib⁹. Appodiat se turri fortissime contra debilitatem. Prouer. xviij. Turris fortissima nomē dñi ꝛc. Appodiat se monti contra casus facilitatem. ꝑs. Qui confidunt in domino sicut mons ꝛc. Tertio iustum est q ruant: quia perviam tenebrosā et lubricam ambulant. ꝑs. Fiant vie eorū tenebre ꝛc. Non est ergo mirū si tales corruant: qz interius habent cecitatē cordis. Rom. j. Obscuratum est insipiens cor eoꝝ ꝛc. Ideo dicitur Fiant vie eorū tenebrose. Prouer. iiij. Uia impiorum tenebrosa: nesciūt vbi corruant. Exterius habent lubricum carnis: ideo subditur: z lubricum. Threnorum quarto. Lubricauerūt vestigia nostra in itinere platearum nostrarū. Hiere. xxxviij. Demerserunt in ceno z lubrico pedes meos. Interius etiam habent impulsum tentationis: ideo subditur. Et angelus domini persequens eos. Istum impulsum etiam habent virtutes: sed dom⁹ eos defendit. ꝑs. Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me. ¶ Secundo commendatur dei misericordia cū dicitur. Et in resurrectionem multorum. Resurrectio autē dicitur respectu casus q̄ precessit. Illud enim resurgit q̄ prius cecidit: magna enim dei misericordia ostenditur q̄n illum qui in peccatum cecidit resurgere facit: qz homo potest per se i peccatum ire: sed nō pōt p se a peccato redire. ꝑs. Spūs vadens z non rediēs. Chry. Nisi dominus deus valida manu misericordie sue soluerit pctōrem: vsq̄ ad mortē in pctōrū suorū vinculis pmanebit. Sz multi sunt qui semp volunt in pctō dormire. Quos apostolus increpat dicens. Ephe. v. surge q̄ dormis et exurge a mortuis: z illu. te xp̄s. Alij sunt q̄ semper volunt sedere: id est a bonis operibus torpere: z nūq̄ ambulare id est per bona opera se exercitare. Johānis duodecimo. Ambulate dū lucem habetis ꝛc. Alij sunt qui semp volunt manducare: z delicijs vacare. Hier.

trige simo primo. Usq̄ quo delicijs diffluerz filia vaga. Ista tria genera hominū ppheta reprehendit dicēs. Surgite postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris. acsi dicat. Surgite postq̄ satis dormistis in peccatis postq̄ sedistis vacantes ab operibus bonis: postq̄ satis māducastis vacātes delicijs. Et sic amodo vigilate qui taz diu dormistis: amodo ambulate qui tam diu sedistis amodo ieiunate qui tam diu manducastis. Et dicit panem doloris qz delicie corporales que nūc delectabiles videntur, in futuro in dolorem z in amaritudinem conuertentur. Job. xx. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidū intrinsecus. ¶ Tertio ostenditur hoim malitia ꝛc. cū ꝺr in signum cui cōtradicetur. Ubi duo videnda sunt. Primo quod est istud signum. Scōo qualiter ei contradicetur. Istud aūt signū est xp̄s: de quo ꝺr Esa. xij. Super mōtem caliginosum leuate signū. Mōs caliginosus est mūdus q̄ errore excecat⁹ prospera mūdi tanq̄ vera bōa appetebat: z aduersa tanq̄ vera mala refugiebat. Sed super istū montē caliginosum leuatū est signū in q̄ tria sūt scripta z depicta. s. hūilitas passionis z carnis asperitas. De quo ꝺr Lu. ij. Et hoc vobis signū: inuenietis infantē ꝛc ce quanta humilitas. Qui em̄ erat sine p̄ncipio infans vnius diei esse voluit. Esa. ix. Parnulus natus est nobis. Pānis inuoluntum, ecce quanta paupertas. Ber. Dei filij in cui⁹ arbitrio erat eligere ipse elegit q̄ molestius est p̄sertim parnulo z pauperis matris filio qui vix pannos habuit ad inuoluendū. Ecce certe cum tanta necessitas esset nullam audio fieri pelliū mētionē. Positum in p̄sepio: ecce quāta carnis asperitas. Ideo xp̄s qui nō fallitur sic elegit q̄ carni molesti⁹ est id ergo meli⁹: id vtilius: id magis est eligendū: z si q̄s aliud doceat vel sentiat: ab eo tanq̄ a seductore cauendū est. Et sic xp̄s ꝺbo z exē plo docuit bona trāsitoria. s. diuitias delicias z honores nō esse vera bona nec esse amanda. Paupertatē vero molestias corporis z sui contemptū non esse vera mala nec esse timenda. Aug. sup illud Heb. xij. Qui ꝓposito sibi gaudio ꝛc. dicit. Oia terrena bona contēpsit homo xp̄s: vt contē-

nenda demõstraret: z ola terrena mala sustinuit que sustinẽda precipiebat, vt nec in illis quereretur felicitas: nec in istis timeretur infelicitas. Scõo videndũ est qualiter iste signo cõtradicatur. Siquidem hũilitati que est in signo z veritato xpi depicta cõtradicunt superbi. Eccl. xvij. Sicut abominatio est superbo humilitas: sic execratio dimitti paupertas. Carnis molestie z tradi cũt voluptuosi. Eccle. xxj. Audiet luxuriosus z displicebit ei. paupertati contradicunt auari. Matthei. xix. Cũ audisset adolescens verba hec tristis abijt: erat enim habens multas possessiones.

¶ Dñica infra octa. epipha. Sermo. j.

Cum factꝰ esset Jesus annorũ duodecim ascẽdentibus illis hierosolymã ſm consuetudinem diei festi. ꝛc. Luce. ij. secundum Augu. Non solum ꝟbi verba sunt nobis documenta, ſz etiam verbi facta sunt nobis exempla. Et ideo ea q̃ hic dicta z facta sunt a verbo eterno z de ipso verbo: non solum nobis sunt in documẽtũ instructionis: sed etiã in exẽplũ imitationis. In presenti euãgelio instruit mater matres qualr debeant se habere ad filios instruit filꝰ filios qualr se debeãt habere ad parentes. Instruit mater z filꝰ omnes alios qualr habere se debeãt ad seipsos. Primo igitur mater instruit matres q̃ ad filios habeant discretum amorem: timorem: z correctionem. Tuncamor discretus est matris ad filium quando a puericia eũ imbuit salutaribus disciplinis. Sicut virgo beata filiũ imbuebat dum ipsum a sua puericia ad dei festa ducebat. preceptum enim fuerat filijs israel. Exo. xxiij. q̃ ter in anno scilicet in aprili. iunio z septembri festa celebrarent scilicet pascha. pentecosten. z scenophegiam. Et q̃uis longe positi a duabus festiuitatibus pro minoribus causis possent remanere: a festo tamen pasche nullus poterat se excusare nisi infirmitas vel casus ineuitabilis interueniret. Et quia ista erat paschalis solennitas: ideo Joseph z maria hierosolyman ascenderunt, z puerum secum ad templum dei duxerunt. Sed multe iam matres sunt que filios vel filias citius ducunt ad choreas q̃ ad ecclesias. Volũt eas potius ducere ad choreas q̃ ad ea que fiunt in ecclesijs. ꝟs. Preuenerunt principes con. ps. in med. ꝛc. Ducunt aũt ipsas ad choreas mundi vbi puella saltauit z Johannem decapitari fecit. Tãdem ducenk ad choreas inferni vbi de calore ad frigus de frigore ad calorẽ q̃ petuo saltabitur. Job. xxiij. Ad nimiũ calorem transeũt ab aquis nimijs. Et n̄ hilomin⁹ priuabunk choreis celi. de quib⁹ ꝟr. Qui pascis inter lilia septus ꝛc. Scõo mr de filio debet habere magnũ timorẽ ne. f. in potestatem diaboli deueniat. Beata em̃ virgo sicut dicit glo. timuit ne sicut herodes filium suũ infantẽ occidere voluit: sic factum iam puerum alij occiderent, timebat ergo z dolebat ne forte in potestatem archelai filij herodis deuenisset. Sed multe sunt matres que sciũt filios suos ab herode. i. a demone iam occisos z parum timere ac dolere videntur. Dolet mater si lupus asportat porcũ suum: z non dolet si lupus infernalis aufer filiũ suum. Dolet si cadit asinus: z non dolet si cadit filꝰ. Bernar. Cadit asinus z est qui sublenet: perit anima z non est qui curet. Sed tales multum dolebunt quando filios suos ad infernale patibulum coram suis oculis duci videbũt. Et tunc eis dici poterit illud Luce xxiij. Filie hierlm nolite flere sup me. ꝛc. Flebũt quidem super xpm vt inducant eũ ad compassionem. Flebunt saper ipsas q̃ non adhibuerunt erga filios suos debitam correctionem Flebũt sup filios quos videbunt traditos in eternam dãnationẽ. Primas ergo lachrymas ꝟbis remouet ne. scilicet super ipsum plorent quis non possunt enim ad misericordiã inclinare: alias duas concedit vt sup seipsas z filios suos ploret. Ascendicat dñs. Nolite flere super me: quia nunq̃ me ad misereniuz filijs vestris inclinare poteritis: sed flete sup vos q̃ eos nõ correxistis: super filios vestros quos in tormentis perire videtis. Tertio debẽt matres habere ad filios debitã correctionẽ: quod notatur in hoc q̃ beata virgo dicit filio suo. Fili quid fecisti nobis sic? Non enim filio maledicit nec quiciatur sed rationem facti querit. Quod est cõtra multos parentes qui filios nimis exasperant: z super eos nimis clamant: z nimis

eos vituperãt. Ephe. vj. Et vos patres nolite ad iracũdiã puocare filios vestros ꝛc. Mansuetꝰ em̃ filij sunt corripiẽdi cũ lenitate, mali cũ severitate. Oẽs aũt cũ mẽtis tranquillitate: z cum discretione. ij. Tim. iij. Argue obsecra increpa ꝛc. Mali enim sunt arguẽdi z increpandi, boni obsecrandi. Oẽs aũt cum omni potẽtia tolerãdi: et cũ doctina. i. discretiõe moderãdi. ¶ Scõo filius instruit filios qualiter se habere debeant ad parẽtes. Habet aũt homo tres parentes scilicet celestem spiritualẽ z carnalem. Puer aũt Jesus ad patrem celestẽ se habuit reuerẽter q̃ ipsum z eius negocia parentibus carnalibus preponebat dicens. Quid est q̃ me querebatis? nesciebatis ꝛc. Aug. Amandus est genitor sed ꝓponendus est creator. Scõo ad patres spirituales. i. legis doctores se habuit sapienter. Et hoc in tribus in quibus volentes addiscere instruit z informat. primo in eo q̃ eos tanq̃ nesciens audiebat. Eccle. vj. Si dilexeris audire sapiẽs eris. Scõo i eo q̃ tanq̃ discere cupiẽs eos interrogabat. Deutero. xxxij. Interroga patrem tuũ ꝛc. Tertio in eo q̃ tanq̃ exauditis informatꝰ sapienter respondebat. Eccle. v. Si est tibi intellectus respondeprimo ꝛc. Tertio ad carnales parentes se habuit obedienter cum dicitur Et erat subditus illis. Bernar. Quis quibus deus hominibus. Augusti. Homo erubescat esse superbus quis hũilis factꝰ est deꝰ. Ex his instrimur q̃ ad patrem celestem debemus nos habere ẽt reuerentia ad patres carnales bonos cuz obediẽtia ad patres spirituales. i. ad prelatos cum subiectione. In hoc reprehenduntur quidam scioli qui habentes prelatos omnes peritos eis subdi dedignant. Petrus qui interpretatur agnoscẽs seruo pontificis amputauit auriculã: q̃ sciẽtia in clerico z religioso sepe aufert obediẽtiã. ¶ Tertio mater z filius instruũt nos oẽs qualr nos habeam⁹ ad nos ipos. Et hoc in q̃nq̃. Primo vt ad ecclesiã libenter eamus. qõ notatur per hoc q̃ xps ad templũ fuit deductus z in tẽplo inuẽtus. Libenter em̃ filius in domo patris sui manebit. Vñ etiam venies hierusalẽ: primo ad tẽplum ibat. Chryso. propriũ erat boni filij vt venies hierlm primo curreret ad domũ patris sui. Ille igitur qui libenter stat in ecclesia signum est q̃ sit filius dei q̃ stat in domo patris sui. Ille vero qui libẽter stat in taberna. signũ est q̃ sit filius diaboli q̃ in domo patris sui morat̃. Scõo q̃ vsq̃ ad finem sacri ministerij in ecclesia pertisamus: qõ notatur per hoc q̃ ꝟr. Cõsummatisq̃ diebus ac. Sed multi sunt cõtrariam faciẽtes. Refert Greg. in dialogo de quodam monacho qui in ofone stare nõ poterat. qõ sanctus Bñdictus considerans vidit diabolum in forma pueri mauri qui ipsum per fimbriã vestimenti de ecclesia extrahebat. Sicut em̃ angelus deuotos ad ecclesiam inducit, adductos custodit, z custoditos ad ꝓpria reducit. iuxta illud Judith. xiij. Custodiuit me angelꝰ dñi z hinc eũtem z ibi cõmorantem z inde huc reuertentẽ. Sic diabolꝰ quosdã adducit vt mulieres conspiciant: quosdã ibi detinet vt vanis rumoribus inseruiant: quosdã recedere facit ne officiũ vsq̃ ad consummationem audiãt. Tertio vt fugiamus turbas si xpm amittere nolum⁹. Beata em̃ virgo in turba filium perdidit. Legitur in vitis patrum q̃ quidã sanctus in oratiõe quesiuit qualiter saluus fieri posset. Et audiuit. Fuge tace quiesce. Ne em̃ sunt radices non peccãdi Legitur. Luc. xix. q̃ zacheus xps in turba videre non poterat sed in domo sua quietꝰ conspexit. Interrogatus quidẽ phꝰ quid esset homini magis inimicum. Rñdit. alter homo. Quarto vt verba dei in corde retineamus. qõ notatur per hoc q̃ ꝟr. Maria aũt ꝛseruabat oia verba hec. Verba em̃ dei in corde reconditta a pectis nostris retrahũt. ꝟs. In corde meo abscondi eloquia ꝛc. Ad velociter currẽdum z frequẽter orandũ nos punguũt. Eccl. xij. Verba sapientũ quesiti ꝛc. Ad amorẽ dei accendũt. ꝟs. Sagitte potẽ. acu. ꝛc. Quinto vt sp de bono in melius ꝓficiamus. q̃ notat per hoc q̃ ꝟr q̃ Jesus ꝓficiebat etate z sapi. ꝛc. Similiter z nos sicut proficim⁹ p etatẽ: debemus proficere de virtute i virtutẽ. ꝟs. Jbunt de virtute in virtutẽ. Debemus etiam proficere in sapiẽtia. i. in sapida scientia vt spũalis nobis sapiãt z terrena desipiant. Eccl. vj. Sapiẽtia scõm nomen eius est. Debemus etiã ꝓficere apud deũ z homines in gra. i. in gratiosa fama.

Mat.v.ōr. Luceat lux vestra ꝛc. Et sic erimus virtuosi quoad nos, saporosi quoad deum, ꝛ gratiosi quoad proximum.

¶Sermo.ij.

REmāsit puer Jesus in Hierusalem.ꝛc. Or multi sunt qui pdūt Jesum: ideo vtile est scire ea per q̄ perditur vt euitent: sed vtilius est scire ea per que perditus recuperatur vtilissimum, est scire ea per q̄ recuperatus custodit. Sunt igitur quedā per que ille amittitur ꝛ illa sunt quatuor. ¶Primo enim amittitur per ineptā letitiā, quod notatur per hoc q̄ beata virgo de terra sua expulsa in Egyptuz fugata in tanta tribulatiōe posita filiū nō pdidit: at postq̄ ad festiuitatē iuit, ipsum amisit. Per qō datur itelligi q̄ Jesus sepe in aduersitate custoditur: in psperitate pditur. Ecce Dauid a Saul persecut⁹ deū nō deseruit. Postmodū aūt in regno positus in adulterium ꝛ homicidium cecidit. Prosperitas em̄ mūdana est sicut vinum purū qō cito inebriat: sz aduersitas mixta est sicut vinū mixtū quod so brietatē gnat. Ad literā etiam in magnis festiuitatibus sepe Jesus perditur. Cū em̄ istitute fuerint festiuitates ad vtilitatē animaꝝ: vani homines eas conuertūt ad voluptatē corporum. Tales em̄ festiuitas a deo reprobantur. Amos.v. Odiui et proieci festiuitates vestras. Quasi diceret. Uestre sunt ꝛ non mee: imo ab ipso deo in quadam abominatione habētur. Mal.ij. Dispergā sup vultum vestrum sterc⁹ solēnitatum vestraꝝ. A domōib⁹ deridēt. Thren.j. Uiderūt eā hostes ꝛ deriserūt sabbata ei⁹. ¶Scōo amittit per diss.diuz ꝛ distractionē animā: qō notat̄ p hoc q̄ parētes eum amiserūt: ex eo q̄ hertz recesserūt ꝛ se turbis immiscuerūt. Qui enim recedit a trāquillitate cordis: ꝛ dat se tumultui mūdane tribulationis: de facili Jesum perdit legitur.iij. Regum.xvij. q̄ Helias manens in solitudine delicate a dño pascebatur. sed ad turbas se trāsferens vix aquā ꝛ buccellā panis obtinuit: qz q̄ diu homo est i quiete interna dilectatiōe pascitur: sed manens in turbatione, tali visione priuatur. Hinc est etiam q̄ filij Jsrael manna recipere nō potuerūt nisi postq̄ mare trāsierunt: qz nullus potest recipere spūalem consolationem ꝛ dulcedinē nisi trāseat mētis turbationem.

¶Tertio amittitur per vanā fiduciā. Cum em̄ ad festiuitates ibant seorsum ꝛ mulieres seorsum: pueri aūt poterāt ire cū vtroq̄ parētuz. Jdeo Joseph etiā credebat q̄ esset cum matre: ꝛ mater credebat q̄ esset cum Joseph. Et sic pm̄ ex tali fiducia amisserūt. Quidā em̄ nimis cōfidunt in suo sensu ꝛ sapiētia; sed nemo Salomone sapientior qui tñ deceptus fuit. Quidam pfidunt nimis in fortitudine sua ꝛ constātia: sed nemo Sānsone fortior nec Petro cōstantior qui dixit. Mat.xxvj. Dñe tecuz paratꝰ sum ꝛ in carcerē ꝛ in mortē ire, ꝛ tñ vterq̄ cecidit. Quidam nimis confidūt in diuitiarum ꝛ spūalium opulentia: sed nemo diuite illo qui inducebatur purpura ꝛ bysso tpaliter ditior: ꝛ nemo Dauid spūaliter cupidior ꝛ tñ vterq̄ cecidit. Quidam nimis confidūt in dei mia nihil cogitantes de iustitia. Tales sub spe venie multa peccata committūt: sicut Adam qui consensit vxori sue sub spe venie obtinende: oēs tales dñs alloquitur dicens. Hiere.ix. Non glorietur sapiēs in sapiētia sua quoad pmos. Et nō glorietur fortis in fortitudine sua, quoad secūdos. Et nō glorietur diues in diuitijs suis: quoad tertios. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire ꝛ nosse me quia ego sum dñs qui facio iudicium ꝛ iustitiam in terra: quoad quartos. debent ipsum cognoscere non tantum misericordem: sed etiam iustum iudicez. ¶Quarto amittitur per ignorantiam: quod notatur per hoc q̄ dicitur. Et non cognouerunt parentes eius. Si em̄ cognouissent nunq̄ ipsum amisissent. sic peccator christū sepe amittit: periculū suum non cognoscit. Esa.v. Propterea captiuus ductus est populꝰ meus, q̄ non habuit scientiam. Nulla periculosior infirmitas q̄ illa que non sentitur. Peccator em̄ est infirmꝰ vsq̄ ad mortē: sed tñ nō cognoscit egritudinē suam. Dis em̄ petit ignotans est ꝛ excecatus tenebris petit: ꝛ ideo medicū nō q̄rit. Est em̄ sicut frenetic⁹ q̄ ridet ꝛ parētes plorāt. Sic petit tak ꝛ angel⁹ lachrymat. Esa.xxxiij. angeli pacis amare flebunt. Et sicut lethargic⁹ cui

sn⁹ somn⁹ vt dulcis ꝛ tñ est mortalis. Job xx. Cū em̄ dulce fuerit in ore ei⁹ malū abscōdit illud ꝛc. Tales sunt silēs illi de quo legit in historia Barlaā: q̄ ad ramū arboris pendēs ꝛ subtꝰ se baratrū hīns, comesationi faui ꝛ mellis de ramo pēdētis se dabat: ꝛ de suo periculo nō cogitabat. ¶Secūdo sunt quedam per que Jesus amissus recuperat. Et illa sunt quatuor q̄si cōtraria quatuor predictis. ¶Primo em̄ recuperatur p mundani gaudij exclusionē q̄ notat̄ per hoc qō dr. volentes querebam⁹ te. Si cui em̄ inepta letitia xpm facit perdere sic salubris tristitia xpm facit inuenire. Bern. Quo inueniam te bone Jesu gaudio quē mater dolēs vix inuenit? Johā. xx. Maria stabat ad monumētū foris plorās: ꝛ quia plorauit ideo inuenit. Hieremie.vj. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū. Nullus ergo speret se posse inuenire xpm gaudendo quem mater inuenit dolendo: Magdalena lachrymādo: oēs tanq̄ vnigenitū lugendo. ¶Scōo recuperat̄ per cordis pacificationem. qō notatur per hoc q̄ in hierusalē (q̄ interpretat̄ visio pacis) redierūt: qui em̄ xpm amisit p cordis turbationē recuperare potest p mentis pacificationem. Deus em̄ cū sit amator pacis nō habitat nisi in corde pacifico. ps. Factꝰ est in pace locꝰ ei⁹. Uidem⁹ q̄ imago hois nō ꝓspicitur in aquā turbida vel commota, sed in aqua limpida ꝛ tranquilla. Sic deus nō videtur a corde turbido sed pacifico ꝛ quieto. Hinc est q̄ etiā apostoli receperūt spiritū sanctū sedētes. i. a tumultib⁹ quiescentes. ¶Tertio recuperat̄ p deuotā oronez: qō notat̄ per hoc q̄ maria filiū recuperauit in templo, qō erat domus orationis. vñ Mat.xxj. domus mea domꝰ orationis vocabitur. Deus em̄ aliqñ amittit per peccatum qō fit per ignorantiā. sic amisit eum paulus q̄ dicit. j. Timo. j. Ignorans feci ꝛ in incredulitate. Aliqñ per peccatū quod fit per infirmitatem humanam. sic amisit eum petrus, qui dum mori timuit xpm negauit. Aliqñ per pcm̄ qō fit per certā malitiam. sic amisit eum Dauid qui adulteriū ꝛ homicidiū cōmisit. Sed oēs isti per oronem ipsum recuperauerūt. Nam paul⁹ tribus diebus ꝛ noctibus oauit. Un dixit dominus ananie. Actu.ix. Ecce em̄ orat. Depetro dr Mat.xxvj. egressus foras fleuit amare. Dauid aūt orationē triū syllabaꝝ fecit ꝛ miam, pmerui di.ij. Reg.xij. peccaui. ¶Quarto recuperatur per cōpletā satisfactionē: quod notatur per hoc q̄ iesum post triduū inuenerūt. Prima dies est cōtritio. scōa pfessio. tertia satisfactio. Exo.iij. Jbimus viam triū dierum vt satisfaciam⁹ dño deo nr̄o. ¶Tertio sunt quedaz p que iesus recuperatus custoditur ꝛ semper nobiscum inhabitare dignat. Ipse aūt habitat in descensu in nazareth cū maria et ioseph. vnde dicit. Et descēdit cum eis ꝛ venit nazareth ꝛc. Habitat quidē in descensu. i. in valle humilitatis. ps. Valles. i. hūles abundabunt frumento: illo. f. frumento de quo dicitur Johan.xij. Nisi granū frumēti cadēs in terrā ꝛc Habitat in nazareth. id est in flore puritatis. ps. Tu aūt in sancto habitas. Sanctum enim idem ē quod puruz. Canti.ij. Ego flos campi. ecce quia diligit florem puritatis. Et lilium conuallium. ecce quia diligit vallem humilitatis. Habitat cū ioseph. i. cum illis in quib⁹ est argumentū sanctitatis. ps. Jbunt de virtute in virtutem ꝛc. Habitat cum maria. i. cū illis qui habent lucem fulgide cōuersationis: quia maria illuminata interpretatur. Mat.v. sic luceat lux vestra coram hominibus ꝛc. s. Jo.j. Deus lux est ꝛ tenebre in eo non sunt vlle. Jdeo non habitat cum tenebrosis: quia lux cum tenebris stare non potest. ij. Corinth.vj. Que societas lucis ad tenebras.

¶Sermo tertius.

GAtertuus et ego dolētes querebam⁹ te. Multi sunt qui iesum querūt: sed nō inueniunt, qz non querunt eum suo tpe ꝛ loco ꝛ modo. ¶Est em̄ primo querēd⁹ suo tempore: quia post triduū est inuentus. ¶Prima dies fuit tēpus ante legē ꝛ tunc patriarche eum quesierunt sed eum inuenire non potuerunt. Unde dicebat vnus eoz. Exodi.xiij. Obsecro dñe mitte quē missurus es. ¶Secūda dies fuit tempꝰ sub lege: ꝛ tunc prophete eum quesierūt ꝛ eū inuenire nō potuerunt. Unde dicebat vn⁹ eoz. Esa.lxiij. Utinam

dirũperes celos ⁊ descenderes. ¶ Tertia dies est tps pñs ⁊ in ista die inuenik. Esa. lv. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate ⁊c. ¶ Quarta dies est tempus post hãc vitã: ⁊ tunc dãnati eũ inuenire nõ possunt quantũcũq; eũ querãt. Sicut em̃ ille qui ficus vel vuas extra tps quereret, nõ inueniret. Sic illi qui extra tẽpus pñs deum querunt inuenire non possunt. Johan. vij. Queretis me ⁊ non inuenietis. Damnati quidem inueniẽt ⁊ non invenient. Inuenient quidem tanquã iudicem torquentẽ: sz non inuenient tanquam patrẽ miserẽtem. Legitur. ij. Reg. xxij. q; absalon vsq; ad annum tertium regẽ Dauid videre nõ potuit. In quarto autẽ anno non inuenit: sed tribus lãceis vulneratus fuit. Homo quidem Deum nõ inuenit in tẽpore legis nature: nec in tempore legis scripte: sed tantum in tempore legis gratie. In quarto autem tẽpore. s. post hanc vitã mali deum nõ inuenient ad penitentiaz sed tm̃ ad penã. Qui tunc etiam tribus lanceis vulnerabũtur. Una lancea est vermis cõscientie. Secũda est ignis gehẽne. Esa. lxvj. Uermis eorum non morietur, ⁊ ignis eorũ non extinguetur. Tertia lãces est primatio visionis diuine. Esa. ij. scõm aliaz translationẽ. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. ¶ Secundo iesus querẽdus est suo loco. Joseph autez ⁊ maria non potuerunt ip̃m inuenire apud seipsos: nec in comitatu hominum mundanorum: nec inter cognatos etnotos: sed solummodo in tẽplo dei. Est em̃ quadruplex amor: scz primat⁹, mũdanus, domestic⁹, ⁊ diuinus. Nõ poterãt igitur Joseph ⁊ Maria Jesum x̃pm inuenire apud seipsos: qz nõ inuenik in amore proprio ⁊ ꝓuato. Talis enim amor: scz sui est amor valde periculosus: et quia multorum malorũ est effectiuus. ij. Timo. iij. Instabunt tempora periculosa: et erunt homines seipsos amantes su. ela. ⁊c. Scõ non inuenitur in comitatu hominum mundanorũ: qz nõ inuenitur in amore mũdano, sed pot⁹ mũd⁹ ne inueniaꝫ impedit. Johã. xiij. Spũ veritatis quẽ mũd⁹ nõ põt accipere ⁊c. Et inuẽtuz pdere facit: qz est sicut saccus ptus⁹. Aggei. ꝓmo. Qui merces cõgregauit misit eas in saccũ pertusuz. Tertio non inuenitur inter cognatos ⁊ notos: qz nõ inuenik in amore domestico: id est in amore parẽtũ. Berñ. Quomodo bone Jesu inter cognatos meos te inueniam. q̃ in tertuos minime est inuẽtus? Deut. xxxiij. qui dixit patri suo ⁊ matri sue nescio vos: ⁊ ffib⁹ suis ignoro vos ⁊ nescio ⁊c. Quarto autem inuenitur in templo dei id est in amore spirituali ⁊ diuino. Johan. xiij. Si quis diligit me sermonem meuz seruabit. Et pater meus diliget eum: ⁊ ad eũ veniemus, ⁊ mansionem apud eũ faciem⁹. Primos autem tres amores relinquendos: quartum retinenduz ammonet dñs. Luc. xiij. Si q̃s venit ad me ⁊ nõ odit patrem suũ. hoc referr̃ ad amorẽ domesticũ. Parentes em̃ odiẽdi sunt qñ sunt mali vel qñ filios a seruitio dei aduertũt: qz sicut dr̃ Mat. x. Inimici hois domestici ei⁹. Sequik. ad hoc autẽ ⁊ animam suam. hoc refertur ad amorẽ proprii ⁊ priuatũ. Null⁹ enim debet diligere animã suam. i. animalẽ ⁊ carnalẽ vitã suã: sed eã odire. Johã. xij. Qui odit animã suã ⁊c. Et sequik. Et qui nõ bajulat crucem suaz. hoc refertur ad amorẽ mundanum. Jlle enim crucẽ suam baiulat qui crucifixus est mũdo ⁊ mũdus sibi. Galat. vj. Mihi mũd⁹ crucifixus est ⁊c. Sed tur. ⁊ venit post me hoc refertur ad amorem spiritualem ⁊ diuinum. Uenit (inquit) post me nõ amãdo terrena, sz desiderãdo celestia: sicut ego amo ⁊ desidero. Non sicut Adaz qui terrena dilexit ⁊ celestia despexit. j. Cor. xv. Primus homo. s. Adã de terra terrenus: secundus homo. s. xp̃s de celo celestis. Tertio q̃rẽd⁹ est suo modo qui quidem modus triplex est. Primo em̃ debet q̃ri socialiter: qõ notatur in eo quod dr̃ pater tuus ⁊ ego. Joseph interpretatur augmentũ, ⁊ significat opera bona q̃ semper debẽt augeri. Maria interp̃tat illuminata, ⁊ significat fidẽ: q̃ est illuminatio mentis. Interp̃tatur etiam stella maris, et significat charitatem. Sicut enim ceteris stellis occidẽtibus illa non occidit, sic ceteris virtutib⁹ deficientib⁹ charitas non deficit. j. Cor. xiij. Charitas non excidit. Cũ tali igit societate. Jesus est querẽdus: ⁊ tunc inuenitur: scz cum fide vera: operatione solicita: ⁊ charitate succensa. Si enim alter istorũ defuerit inueniri nõ poterit. Nã sine fide opa deo nõ sunt accepta. Hebr. xj. sine

xj. sine fide impossibile est placere deo. sine operibus aũt fides est mortua. Jac. ij. Fides sine operib⁹ mortua est. Fides aũt ⁊ opera sine charitate inutilia sunt. j. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperũ ⁊c. Secũdo debet q̃ri lachrymabiliter: qõ notat ex eo q; beata virgo dixit. dolentes q̃rebamus te. Triplici de causa sic beata virgo dolebat. Primo q̃a ꝑm Origẽ. timebat ne ipsam deserẽs ad celos redũsset. Secundo timebat ꝑm aliquos ne lõge ad partes remotas abũsset ⁊ alijs nationib⁹ predicaret. Tertio timebat ꝑm glo. ne in manus successoris herodis deuenisset. His tribus de causis sancti sepe lachrymabiliter eum querunt. Primo cũ lachrymis deuotionis: quas fundũt p solicitã deuotionẽ: q̃n se ad tẽpus eis subtrahit: ⁊ quo dãmõ eos deserẽs in celũ ascẽdit. Cuius reuersionẽ desiderãt dicentes cũ propheta. Red de mihi letitiam salutaris tui. Secũdo eum querunt cum lachrymis contritionis quas fundunt propter peccata que aliquando commiserunt, propter que se abeis tunc totaliter elõgauit. prouerb. xv. Longe est dominus ab impijs. ꝑs. lõge a peccatorib⁹ sal⁹. Tertio querũt eũ cum lachrymis compassionis quas fundunt pro miseria ⁊ malitijs peccatorum qui Jesum in manu herodis. i. demonis tradũt ⁊ quãtum est in eis occidũt. Heb. vj. Rursus crucifigẽ. sibimetipsis fi. dei. ¶ Tertio dz queri desiderabiliter: qõ notatur in eo quod dicit. Querebamus te ⁊ nihil aliud extra te. Ipsum enim habentes in ipso omnia possidemus. Sap. vij. Uenerunt mihi omnia bona ⁊c. Sed illi qui volunt sine ipso habere diuitias ⁊ delicias et honores: eum nõ inueniũt, sed potius amittunt. Job. xxviij. Nõ inuenitur in terra suauiter viuẽtium. i. carnaliũ ⁊ delicioso rum. Abyss⁹ dicit nõ est in me. i. humana cupiditas que fundũ nõ habet: qz sicut dicitur Eccles. vj. Auarus non implebik pecunia. Et mare loquik. nõ est mecũ. i. tumẽs superbia. Superb⁹ em̃ instar maris semper contra alios fernet semp intumescit semper est in motu turbationum. Esa. lvij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest.

¶ Dñica prima post octa. epiph. Ser. j.

Aptie facte sũt in chana galilee ⁊ erat mater Jesu ibi ⁊c. Johan. ij. Secundũ Bedam. Dominus interesse voluit nuptijs: vt statum matrimonialem sua ꝑsentia approbaret. Approbauerat prius statum virginalem in eo q; ex intemerata virgine nasci voluit. Approbauerat statum vidualem in eo q; ab Anna vidua benedici dignatus fuit. Non restabat nisi vt statum conjugalem similiter approbaret: vt per hoc daretur intelligi q; in quolibet istorum statuz'potest homo saluari. Est tamen gradus in his tribus statib⁹ ꝑm Bedam. Bona est (inquit) castitas cõjugalis, melior continentia vidualis, optima pfectio virginalis. Nuptie autem iste de quib⁹ in isto euangelio agik, quadrupliciter commẽdabiles sunt. Cõmendantur enim a loco, a conuiuio, a ministris. Sic dẽ in loco notatur magna mysterij congruitas, in conuiuio magna vini preciositas, in conuiuãtibus magna strẽnuitas. ¶ Primo ergo cõmendãtur a loco: in quo notatur magna mysterij cõgruitas: quod notatur in eo q; dicunk facte fuisse in chana galilee. Chana est nomẽ ville in prouincia galilee. Chana aũt zelus interpretat. Ex quo nobis mysterij cõmendatur. Ex hoc em̃ innuik q; vir ⁊ vxor debent mutuo se zelare. Est autẽ triplex zelus: scz nimius, tepidus, et discretus. zelus nimius est zelo typia: et talis reprehensibilis est tam in viro (Eccle. ix. Nõ zeles mulierẽ sinus tui) q̃m in vxore. Eccl. xxvj. Dolor cordis ⁊ luctus mulier zelotypa. Refert Piero. in libr. Jouinianũ q; q̃dã nobilis roman⁹ vxorẽ habebat a foris gratiosam, sz int⁹ ea viro nimis litigiosam atq; zelotypã, quã vir a se expulit ⁊ eiecit. Cũq; reprehẽderet q; vxorẽ sic gratiosam expulisset: ille pedẽ ptẽdit dicẽs. Videtis hoc calciamẽtũ? a foris q̃dẽ est multũ pulchrũ: ⁊ tñ intus me ꝑmit. Calciamẽti q̃dã videtis foris mositatẽ, exteriorẽ: sz nõ videtis meã molestiã interiorẽ. Refert Seneca q; Socra-

succendendū. Osee. vij. Oēs adulterātes
quasi clibanus fascensus a coquente. Sup
aquam aūt non ferk: qz in corde ductili et
mansueto non morabitur: imo ibi contri bu
latur. ps. Contribulasti capita draconū in
aquis. Ibi submergitur. Exod. xv. Sub-
mersi sunt quasi plūbum in aquis vehemē
tibus. Tertio necessaria est mentis tranq̄l
la vacatio. Libenter enim homo ad illud
hospitium diuertit vbi quietem se habere
credit. vnde dicit Esaie. lxvj. secundū aliā
translationem. Super quē requiescet spi-
ritus meus nisi super humilē z quietum?
In huius significationē filij israel non po
tuerunt recipere manna q̄diu fuerunt in
egypto: nec q̄diu habuerk fecū farinā egy
pti: z q̄diu nō transierunt mare egypti, qz
in egypto non est quies: nec cū farina egy
pti est quies: nec contra mare egypti est
quies. Illi sunt in egypto qui adhuc sicut
in peccato. In istis non est quies. Esaie.
xlviij. Non est pax impijs, dicit dominus.
Illi retinent farinam egypti qui adhuc ha
bent cogitationes z delectationes peccati.
Nec in istis est quies. Job. xvij. Cogitatio
nes mee dissipate sunt, torquētes cor meū.
Illi nondum pertranseunt mare egypti q̄
adhuc premuntur variis pressuris z solli
citudinibus secūli. Nec in istis est quies.
Joh. xvj. In mundo pressuram habebitis:
in me autem pacem. ¶ Secundo ponitur
spiritussancti conseruatio cum dicitur: et
mansionem apud eu faciemus. Spiritus
sanctus ignis est qui per tria conseruatur
sicut z ignis materialis. Primo per cine-
ris superpositionem id est mortis medita
tionem. Eccl. x. Quid superbis terra z ci-
nis? Isto modo conseruabat apostolus q̄
dicebat. ij. Corinthioꝝ. iiij. Habemus the
saurum scilicet spiritum sanctum: in va-
sis fictilibus. Vas fictile est corpus mortale
Non enim est vas ferreum: sed tanq̄ fra-
gile fenum quod cito secak. Esaie. xl. Om
caro fenum. Tanq̄ vas terreū quod cito
frangitur. ps. Tanq̄ vas figuli cōfringes
eos. Tanq̄ vitrum quod cito comminu-
tur. Auguſt. in lib. homel. Fragiliores es
mus: q̄ si vitrei essemus. Vitrum enim
si fragile est, tamen seruatum diu durat
z inuenies tales calices ab auis z proauis
factos: in quibus bibunt nepotes z pronepo
potes. Vita autē humana q̄libet fragilis
tur: durare nō potest. Isto em̄ modo olim
imperatores istum ignē conseruabant. Sic
cut em̄ legit in vita sancti Johannis elemo
synarij. Illa die qua imperator coronā
batur: edificatores monumentorum eū in
terrogabant dicentes. De quali marmore
iubet iperiū tuū tibi fabricari sepulchrū.
Et sic eo die qua sibi imponebak coronā
sibi etiā fabricabak sepultura: vt sic mu-
talē se esse cognosceret: z semper sem in
militate teneret: qz sicut dicitur Eccle. x.
Omnis potētatus brevis vita. Secundo
cōseruatur per lignoꝝ (id est bonoꝝ ope-
rum) appositionē. Si em̄ ipa ligna bono-
operū multiplicātur: ignis scz spiritus sc
cti augetur. Eccle. xxviij. Secūdum ligna
silue: sic ignis exardescit. Si continuatur
semper conseruatur. Leuit. vj. Ignis in al
tari meo semper ardebit quem nutriet sa
cerdos subijciens ligna p̄ singulos dies.
Si diminuūtur: tunc ipsa charitas q̄dā de
ad feruorē diminuitur. Unde q̄dā de pa
reprehēditur Apoca. ij. Habeo aduersus
te pauca: qz primā charitatē tuam reliq
sti. &c. Si autem penitus auferūtur: tūc
iste ignis extinguitur. Prouer. xxvj. Cū
fecerint ligna extinguēt ignis. Tertio co
seruatur ignis per sufflationē. Sunt autē
istius ignis tres sufflatores. Primꝰ est ip
se homo qui debet in ipsum sufflare, fer
tia desideris z suspiria cōcipiendo. Eccli
xxv. ij. Si sufflaueris quasi ignis exardes
dit. Secūdꝰ est xps qui in istū ignē sufflā
ipsum amplius inflammando. Joh. xx. Ins
sufflauit z dixit. Accipite spiritū scīm. &c.

Tertius est diabolus qui in istū ignem suf
flat malā concupiscētiā inflāmando. Esa.
xlix. Ecce ego creaui fabrū sufflātē in ignē
prunas. ¶ Tertio ponit sancti spiritꝰ ma-
nifestatio cū dicit. Si quis diligit me ser-
monē meū seruabit. Manifestum est signū
spiritus sancti, obseruatio diuinorum manda-
torum. Preter istud autem signū sunt alia tria
per que quis potest cōgnoscere se spiritū san-
ctum habere. Ideo spiritꝰ sanctus in tri-
plici signo apparuit: scz in specie nubis su
per xpm trāsfiguratū. In specie colūbe su
per xpm baptizatum. In specie ignis sup
apostoloꝝ collegiū congregatū. Primum
igitur signū est abundātia lachrymarū: et
ideo apparuit in specie nubis. Sicut enim
aduenīēte austro nubes resoluūtur in plu-
uias: sic aduenīēte spiritu sancto mentes
resoluuntur in lachrymas. Unde spōsa pe
tit dicens Cantic. viij. Fuge aquilo et veni
auster. ps. Flabit spiritꝰ eius z fluēt aque.
Roma. viij. Ipse spiritꝰ postulat pro no-
bis, id est postulare nos facit, gemitibꝰ me
narrabilibus. Secundū signum est dimis-
sio iniuriarū: ideo apparuit in specie colū
be que felle caret. Odium quidē animā in
flāmat indurat z amaricat: iz spiritussctūs
defecat. Dicitur nomine roris vnctionis z mel-
lis. Nā impētū cor odio inflāmatum spiri-
tussanctus refrigerat, dicitur ros. Eccles.
xviij. Nōne ardorē refrigerabit ros? Ora
tio. Sui roris intima aspersione fecundet.
Inflātum cor odio induratū mollificat, di-
citur vnctio. j. Joh. ij. Unctionē habetis a
sancto z nostis omnia. Inflātum cor odio
amaricatum dulcorat, dicitur mel. Eccl.
xxiij. Spiritus meꝰ super mel dulcis. Ter
tium signū est desiderium supernorum: iō
apparuit in specie ignis. Sicut enim ignis
semper sursum tendit: sic spiritussanctus
corda eleuare sursum facit. Ezec. viij. Ele
uauit me inter celū z terrā. Non dixit po-
suit me in celo: qz ibi sunt tantū bea-
ti. Sed dixit eleuauit me inter celum z ter
rā: quia ibi debent esse fideles christiani.
qui aliquando debent ascendere in celum
celestia contemplando: aliquando descen
dere in terram, proximorum vtilitatibus
subueniendo.

¶ Sermo secundus.

Deum venie-
mus z mansionē apud eum
faciemus. Secundum Grego. Spiritussanctꝰ ad quos-
dam venit sed mansionem
non facit: quia per compunctionem respe
ctū dei percipiunt: sed tentationis tempo
re hoc ipsum quod compūcti fuerant obli
uiscuntur. Ad alios autem venit z mansio
nem facit: quorum cor sic amor diuinitatis
penetrat vt ab hoc amore tentationis tem
pore non recedant. Sunt tamen quidam
sic indurati ad quos nec venit nec mansio
nem facit: qui nec aliquando habent com
punctionē aliquam z vincuntur a qualibet
tentatione. De bonis autē z deuotis dicit
dñs. Ad eum veniemus. &c. Non tamen ad
omnes venit nec apud oēs mansionem fa
cit. Videamus igitur ad quos venit spiri-
tus sanctꝰ. Deinde ad quos venit spiritꝰ
malignꝰ. ¶ Spiritus autē sanctus nō ad
ad omnes venit nec mansionem facit: sed
tantum ad bonos cōtinentes: z bonos cōi-
ugatos: z bonos q̄tēplatiuos. Istud signi
ficatū est. Geñ. viij. vbi dicitur q̄ Noe tri-
bus vicibus emisit colūbā. Primo nāq̄ eā
emisit: z cū inuenisset terram adhuc palu-
dosam z nō aridā, ibi nō māsit. si em̄ ari-
dam inuenisset ibi māsisset. Secūdo eam
emisit: z tunc sup arborē olive virētis man
sit. Tertio emisit eā: z tūc per diuersas ar-
bores virētes z flores redolētes discurrit
et spaciata fuit. Ex his habetur q̄ spiri-
tussanctꝰ per colūbā designatus venit ad
illos q̄ habēt corda z corpora arida. i. ab
omni humore cōcupiscētie desiccata: sicut
sunt boni q̄tinentes: z hoc significatur per
primam emissionē. de quibus dicitur Esa.
lvj. c. Nō dicat Eunuchus. Ecce ego sum li
gnum aridū: qz dabo ei in domo mea locū
z nomen melius a filijs et a filiabus. Ista
corda sic arida spiritussanctus viuificat.
Ezec. xxxvij. Ossa arida audite verbum
dñi. ecce ego ntromittam in vos spiritū z
viuetis. De talibꝰ dr Geñ. j. Cōgregentur
aq̄ q̄ sub celo sunt in locū vnū z appareat
arida. Aque iste sunt fluxus carnales qui
sunt tātū sub celo: qz sicut dicit Mat. xxij.
In resurrectiōe nec nubēt nec nubētur. &c.
Iste aq̄ cōgregate sunt in vnū locū. i. in ma

trimoniū. Si enim extra locum isti fluxerint aque, putride sunt dicēde. De quibus dicitur Geñ.xlix. Effusus es sicut aqua: nō crescas qr ascendisti cubile patris tui. Nihilomin⁹ z ipse aque matrimoniales possunt esse clare, pñt esse putride, pñt esse nec plene clare nec plene putride. Tribus enim de causis potest quis coniugio uti. primo ꝓpter prolis ꝓpagationē: ad dei cultū nutriendū: z tunc ille sunt clare aque. De qb⁹ dicit Proue. v. Bibe aquā de cisterna tua: habeto eam solus ne sint alieni participes tui. Loquit enim ibi Salomon ad literā de istis aquis quib⁹ alieni. i. diaboli participes nō sunt: qñ ipsi coniuges honorem dei intendunt. Secundo propter solā voluptatis expletionē. z tunc ille aque putride sunt. Tob. vj. In eos qui coniugiū ita suscipiunt vt deū a se z a ḥa mēte excludant z sue libidini ita vacēt vt equus z mulus quib⁹ nō est intellect⁹. Habet super eos potestatē demonium. Ideo dixit sertus in suis sententijs. Adulter est in suā vxorē amator ardentior. Tertio ꝓpter infirmitatis sue casus preseruationē, z tūc iste aque sunt nec plene clare, nec plene putride. De quibus. j. Corin. vij. Propter fornicationem scz vitandam: vnusq̄sq; vxorē suā habeat. Et subdit. Hoc autē dico ñm indigentiam: non ñm imperium. Glo. paratus est medicus celestis apostolus: nō enim tam sanis istituit: q̄ infirmis medicamēta monstrauit. Istis igitur aqs sic in vnum congregatis apparet arida. i. castitas pura, que in trib⁹ locis apparet: scilicet virginibus: viduis: z cōtinētibus. ¶Secundo spiritussanctus venit z mansionem facit apud illos qui habēt corda pia z viridia, sicut sunt boni coniugati z mie opera exercentes. Qō significatur per secundā missionē columbe: scz qñ super oliuam sedit. Oliua quidem in folijs hz virorem. In liquore habet dulcedinem. Quantum ad primum significatur q̄ boni cōiugati z actiui debēt habere virorem bone vite. De quo viroze dicitur Geñ. j. Germinet terra herbam virentē. i. vitā gratā et deo placentē. Tūc autē vita eorū deo est placita quādo habēt timorē q̄tū ad deū: carnis mortificationē q̄tum ad seipsos: z charitatē q̄tum ad proximos. De his tribus dicit Watth. iij. Ultro em̄ terra fructificat primū herbā: deinde spicam: deinde fructū plenum in spica. i. ñm gloriam, penitentiā, z charitatē. Per herbam enim intelligitur timor: qr sicut herba est principiū spice, sic timor est principiū future vite. Pouer. j. Timor dñi principiū sapientie. Per spicam que est aspera: significatur penitētia dura. Job. xlij. Ipse me prehendo: z ego penitētiam ago in fauilla z cinere. Per plenū fructum in spica significatur charitas: qr sicut dicitur Ro. xiij. Plenitudo legis ē dilectio. Qui enim habet charitatem habet operū plenitudinē qr sicut dicit Greg. Nunq̄s est amor ociosus. Operat enim magna si est: si autem operari desinit amor nō ē. Secūdo oliua in liquore habet dulcedinē z ḥtū ad hoc signat opera pietatis que boni actus coniugati habere debent. Oleū enim habet virtutē penetratiuā. ps. Introibit sicut oleum in ossibus meis. Impinguatus. Impinguasti in oleo caput meum. Zelus. Oleum peccatum. ps. Ut exhilaret faciem in oleo. Et elevatiuaz qr sup ceteros liquores elevatur. Per quod dat intelligi q̄ ipsa elemosyna diabolū penetrando vulnerat. Et sit lācea dei. Unde dicitur de elemosyna. Eccle. xxix. Super scutum potentis et lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Anima ipiguādo delectat ēt sitadeo dei. ps. Exadipe frumenti satiate te. Unde dicit oliua. Judicū. ix. Nūdd possū deserere pinguidinē meā: qua dū vtunt z homines: z venire vt inter ligna ꝓmoneā. Cōscientiā letificat cū, sit vinū dei. ps. Vinum letificat cor hominis. Unde dicit Judicū. ix. Nunquid possum deserere vinū meū qō letificat deū z homines. Animam ad celestia subleuat cum sit vitus dei. Hinc est q̄ xps de monte oliueti ascēdit in celū: ad innuendū q̄ ipsa operatio mie animam in celum deducunt. j. Timothei. iij. Pietas ad omnia vtilis est: ꝓmissionem habens vite que nunc est et futurē. ¶Tertio spiritussanctus venit z mansionem facit apud illos q̄ habēt corda florida. i. diuersis ornatib⁹ adornata: sicut viri cōplatui, qō significat per terram emissionē colūbe. De his diuersis floribus dicitur Eccle. xxxix. Quasi rose plātate

per riuos aquarū fructificate: quasi libanū odorē suauitatis habete. Florete flores: quasi lilium date odorem z frondete in gratia. Scōm Isido. rosa dicitur eo q̄ rutilāre accipitur, z cāditatio interpretat. Flores habēt gratū colorē z dolorē. Lilia secūdū Isido. dicunt q̄si lactea. In cordib⁹ sanctoꝝ crescit rosa rubentis charitatis. Liliū lactee puritat⁹. Libanus. i. suaues orationes z cāditē affectiones. Flores. i. odorifere volūtates. Et frondes. i. sermōes virētes. ¶Unde i qb⁹ spūs sctūs māsionē facit: videam⁹ in qb⁹ spūs malignus similiter māsionē facit. Circa qō sciendum q̄ diabol⁹ vocat serpēs: z corvus: z porcus. Inq̄tū est serpēs habitat in hominibus spinosis. i. in auaris. Dimitte em̄ spine vocātur. Luc. viij. Aliud cecidit inter spinas, z simul exorte spine suffocauerunt illud. Inter tales spinas serpēs latitat infernalis. j. Timo. vj. Nam qui volūt diuites fieri incidūt in tentationes diaboli z desideria multa. ꝛc. Secūdo inq̄tum diabolus est corvus, habitat in cadaueribus. i. in mundi honorib⁹. Cadauer em̄ videt esse homo z nō est: sed si ei anima coniungeret tunc vere homo diceretur. Sic z honores mūdi non sunt veri honores q̄tus videant. Anime ꝙ honor est ipsa charitas que ipsam viuificat. Tunc igit̄ sunt veri honores quādo ad ipsos suscipiendos inducit fraterna charitas nō ambitio vel vanitas. Tertio inquātū diabol⁹ porc⁹ est habitat i luto. i. in hoib⁹ immūdis z luxuriosis. ij. Pet. ij. Sus lota in volutabro lucti. Et nō tātū tale lutū inhabitat: sed etiā conculcat. Nau. iij. Intra in lutum z calca. Tales debet̄ clamare cū ꝓpheta z dicere Miserere mei dñe qñ conculcauit me homo. Et quia mēbra diaboli sepe a suo capite denominātur: ideo est quo diabolus est serpēs, corvus, z porcus: possunt z ipsi vocari serpētini corvi z porcini. Et qr sunt serpentini: ideo a deo maledicunt. Geñ. iij. dixit de⁹ serpenti. Maledictus eris inter oia animātia et bestias terre. Et tandē maledicētur male dictione perpetua. Watth. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternum. Qr corvus nō stat: ideo vir aut nunq̄ ad arcā. i. ad san

ctam ecclesiam per penitētiā reuertuntur. Gene. viij. Aperiens noe fenestram emisit corvū qui egrediebatur z non reuertebatur. Tales em̄ suam cōuersionē pro crastinando differunt. Augu. Remanēt foris cū voce corvina qr noluerūt habere gemitū colūbinum. Sopho. ij. Vox cātantis in fenestra, corvus in superliminari. Qr porcini: ideo in baratrū inferni demergent. Matth. viij. Impetu abūt totus grex porcorū per preceps in mare: z mortui sunt in aquis. Ista tria loca in quibus diabolus mansionem facit ponuntur Job. xl. Sub vmbra dormit in secreto calami: in locis humētibus. Quiescit enim in hominib⁹ vmbrosis. i. in auaris. Ideo dicitur. Sub vmbra dormit. Dimitte em̄ tanq̄ vmbre cito transeāt. Sapien. v. Transierunt enim omnia tanquā vmbra. Quiescit in hominibus superbis z vane glorioſis. Ideo subditur. In secreto calami. Superbi enim exteri⁹ videtur esse mitidi: sed interius sunt vacui. In qnib⁹ diabol⁹ dęscit. Job. xlj. Ipse em̄ est rex super omnes filios supbie. Quiescit in hominibus delicioſis: ideo subdit. in locis humētib⁹. In locis em̄ aridis. i. in sanctis viris ab huius mūdi delicijs exiccatis quiescere nō potest. Watth. xij. Ambulat ꝑ loca arida qrēs requiē z nō inuenit.

¶Sermo tertius.

HEraclitus aūt spiritussanctus quem pater mittet in nomine meo ille vos docebit oia ꝛc. Magnū donū deus pater nobis dedit qñ filiū suū nobis misit ad nostram redēptionē. Magnū etiā supaddidit qñ hodierna die spiritū sanctum nobis exhibuit ad nostrā filiatē adoptionē. Maximū nobis reseruat (scz vultū suū) ad nostre beatitudinis cōsummationē. Nos igitur festum celebrauimus de nostra redēptione: hodie festū agimus de nostra adoptione: in futuro autē festū faciem⁹ de beata visione. Festū igitur quod hodie agim⁹ de nostra adoptiōe, exprimitur in verbis ꝙ missis cū dicit. Paraclit⁹ autē spūssctūs. ꝛc. vbi de sancto spiritu ḥtuor tanguntur. Primo q̄ est aduocatus noster. Secūdo q̄ est consolator noster. Ista duo notant in hoc

qđ dicitur: paraclitus, nã ſm gregoriũm. Greca lingua paraclit⁹: latina aduocat⁹ ſiue conſolator dicitur. Tertio q̃ eſt ſancti ficator noſter cum dicitur. Spiritusſanct⁹. Quarto q̃ eſt inſtructor noſter ſiue infor mator noſter cũ dicitur. Ille vos docebit oĩa. ¶ Circa primũ notandũ q̃ ſicut dicit Greg. Spũſſctũs iõ aduocat⁹ dr, qz p er rore delinquẽtiũ apud inſtitiã patris iter uenit: dũ eos ds repleuit exorantes facit. Spũs igit ſctũs in eo q̃ apoſtolos reple uit, exoratores z nr̃os aduocatos eos fa cit. Ille eſt bon⁹ aduocatus q̃ z iudici ſcit luculẽter pſuadere: z cliẽtulo ſapiẽter cõ ſulere: z aduerſariũ potẽter confutare. Et ideo in bono aduocato tria requirunt: ſcz eloquẽtia ſapiẽtia z ꝓſtãtia. Jſta tria ap li ſufficiẽter receperũt a ſpũſancto. Lu. xxi. Ego enim dabo vobis os et ſapiẽtiã cui non poterunt reſiſtere z contradicere oẽs aduerſarij veſtri. Pulchra permixtio, elo quẽtie cũ ſapientia z cõſtãtia. Sapientia eſt ſine eloquẽtia habet inutilitatẽ. Eccl. xlj. Sapiẽtia abſcõdita z theſaur⁹ inuiſ⁹: que vtilitas i vtriſq; eloquẽtia ſine ſapiẽ tia habet garrulitatẽ. qui enim min⁹ ſunt ſapientes ſepe ſunt magis locaces. Unde cum Solon philoſophus alijs loquenti bus taceret, interrogatus eſt ſi taceret ꝓ pter inopiã verbor̃ vel qz ſtult⁹ eſſet. Qui reſpõdit. Null⁹ ſtultus tacere poteſt. Sa piẽtia z eloquẽtia ſine cõſtãtia habet timi ditatem. Jdeo tales timidi monentur Ec cle. vij. Noli querere fieri iudex niſi virtu te valeas irrũpere inſtãtẽ ne forte extimeſcas faciez potẽtis ꝛc. Dicit ergo dñs. Ego dabo vobis os. i. eloquẽtiã: ne ſitis inutiles z infructuoſi, dabo vobis ſapien tiam cũ eloquẽtia ne ſitis tantũ garruli et verboſi: z cũ his dabo conſtantiã cui non poterunt reſiſtere z contradicere oẽs ad uerſarij veſtri: ne ſitis timidi z formidolo ſi. Jdeo etiã apoſtoli receperunt ſpiritum ſanctũ i linguis z in igne. In linguis quia dedit eis facundiam: in igne q̃ lucet z ar det: qz dedit eis lucidã ſapientiã z ferue tem conſtantiã. Sed multi ſunt qui nõ ha bẽt linguã inflãmatam igne i. o: ſcz ſpũſ ſancti ſed potius igne infernali. Jaco. iij. Lingua conſtituitur in membris noſtris q̃ maculat totũ corpus: z inflãmat totã nati

uitatis noſtre iflãmata a gehẽna. Et ide ad linguã poteſt homo cognoſci ſi eſt i fernalis vel celeſtis vel terreſtris. Dea quidã tres ꝓuincias fecit z in qualibet p priũ lingua giũ poſuit: ſcz ꝓuinciã celeſt terreſtrẽ z infernalem. Linguagium ꝓ cie celeſtis eſt deuz laudare z benedicere ps. Beati qui habitãt in domo tua dñe, ſecula ſeculoz laudabũt te. Lingagiũ p uincie terreſtris eſt de terrenis tractare Joh. iij. Qui de terra eſt de terra loqui Linguagiũ ifernalis ꝓuincie ẽ deũ male dicere z blaſphemare. Unde dicit de dãnato Eſa. viij. Cuz eſurierit irascetur z maledi cet regi ſuo z deo ſuo. Cognoſcit igit qui de qua ꝓuincia ſit ad loqlã ſuã. Unde Pe ctũ fuit Petro Mat. xxvj. Galileus es nã loquela tua te manifeſtum facit. Qui ig tur loquitur verba laudis dei z edificatio nis, primi: ſignum eſt q̃ ſpectat ad ꝓuin ciã celeſtẽ. Unde dicebat dñs qui linguas celeſte habebat. Joh. viij. Quare loqua lam meam nõ cognoſcitis? Qui loquit verba terrena z mundana: ſignũ eſt q̃ ſpe ctat ad prouinciã mundi. j. Johã. iij. De de mundo ſunt: ideo de mũdo loquuntur et mundus eos audit. Qui vero loquitur verba maledictionis z mendacij. ſignum eſt q̃ ſpectat ad prouinciã infernalẽ. Jo iſtud eſt ꝓpriũ lingua giũ infernaliũ. Joh viij. Cum loquitur mẽdaciũ, ex propijs lo quitur: qz mendax eſt z pater eius. ¶ Ter cundo ſpiritusſanct⁹ eſt conſolator noſter Act. ix. Eccleſia ẽdem creſcebat z habe bat pacẽ z edificabat ambulãs in timo rẽ dñi: z cõſolatione ſpũſancti replebatur vna eſt conſolatio non eſt niſi in deo et deo loqui. Et iſtam cõſolationẽ diuina poſſunt recipere illi qui habẽt cõſolato nem mundanã. Joh. xvij. Spiritũ veritã tis quẽ mundus (. i. amatores mundi) non poteſt accipere: qz non vident eũ nec ſcit cum. In mũdo eſt tria ſunt: iuxta illud Johã. ij. Omne quod in mũdo eſt, aut cõcupiſcẽtia carnis: aut cõcupiſcẽtia oc lozũ: aut ſuperbia vite. Jſta tria pecca ſcz luxuria auaritia z ſuperbia vite: cõ lationẽ ſancti ſpiritꝰ impedit: ſicut ob dit Chryſo. ſuper Mat. per tria exempla primũ exẽplũ eſt: qz ſi oſtẽdas leoni pa tum virens non excitatur eius appetitus

quũ eſt de natura ſua comedere herbas virentes ſed carnes. Scõm eſt q̃ ſi pluuia ſuper lapidẽ deſcendat: lapis a foris bal neatur: intus autẽ ſi cecus remanet. Tertiũ eſt q̃ ſi vaſi pleno aceto, gutta mellis in fundatur: z mel perditur z acetũ nõ dulco ratur. Primo igitur conſolationẽ z viſita bonẽ ſpiritusſancti non poſſunt recipere illi qui habent cor animale per carnis la ſciuiam. Tales enim inſtar leonis non ap petunt herbas virentes, id eſt ſpirituales z celeſtes amenitates: ſed carnales volu ptates. j. Cozint. ij. Animalis homo non percipit ea que ſunt ſpiritus dei. Jſti circa cor ſuum faciunt foſſatum plenum aqua turbida z fetida: id eſt carnali concupiſcẽ tia. z ideo ad cor ſuum intrare non poteſt inſpiratio diuina. Hiere. ij. Quid tibi vis in terra Egypti vt bibas aquã turbidaz? Secundo conſolationẽ z viſitationem ſpi ritusſancti nõ poſſunt recipere illi qui ha bent cor durum per ſuperbiam. Cor enim ſuperbi eſt durum ſicut lapis: z ideo ſi plu uia diuine inſpirationis cor eius aſperſe rit, a foris quidem tangere poterit: intus autem ſiccum remanebit. iuxta illud pſal miſte. Anima mea ſicut terra ſine aqua ti bi. Jſti faciunt circa ſe murum lapideum: id eſt animum obſtinatũ: vt diuina inſpi ratio trãſire non poſſit. Job. xlj. Cor eius indurabitur quaſi lapis. Tertio conſolatio nem z viſitationem ſpiritusſancti recipere non poſſunt illi qui habent cor accerbum per auaritiã. Auarus eſt hz cor ſuũ plenũ aceto qz multas patit acerbitates ſiue in congregãdo, ſiue in cuſtodiẽdo, ſiue in dẽdo. Jſti tales nõ poſſunt ſentire melleã dulcedinẽ ſpũſancti ꝓ nimia acerbitate amoris mũdi. Aug. ſuper illud ps Diligi te dñm oẽs ſancti eius. Diſce non diligere mũdum vt diſcas diligere deũ: auerte vt auertatis, funde vt implearis. Jlli faciũt circa cor ſuũ aceruũ luteũ: z ideo non pñt trãſire ad aliquod bonũ ꝓpoſitũ. Abac. vſququo z aggrauat ꝓtra ſe denſum lutũ. ¶ Tertio ſpũſancti eſt ſctificator noſter. eſt aũt ſctificãdẽ qđ mundũ. Tũc aũt nos ſctificat quãdo p aquã gratie ſue nos mũ dat. Ezech. xxxvj. Effundã ſup vos aquã mundã: z mũdabimini ab oĩbus inquina

mẽtis veſtris. Jſta eſt aqua gratie de qua dicitur Ezech. xlvij. Mẽſus eſt mille cubi tos z traduxit me p aquã vſq; ad talos. Rurſus menſus eſt mille et traduxit me p aquam vſq; ad genua. Rurſus menſus eſt mille z traduxit me per aquam vſq; ad re nes. Et menſus eſt mille per torrentẽ quẽ nõ potuit trãſire: quia intumuerũt aque, p funde torrentis qui nõ potuit trãſuadari. Cauſa aũt quare nõ potuit tranſire: forte eſt illa q̃ penit Eſaie. xx. Spũs eius velut torrẽs inũdãs, vſq; ad mediũ colli. In ta lis aũt eſt tota corporis ſuppoztatio: i ge nibus eſt deãbulatio: in renibus eſt fomes z concupiſcẽtia: a collo procedit verborum affluentia apoſtoli igitur in flumẽ ſpiritus ſancti introducti fuerunt vſq; ad talos: qz facti ſunt fortes ad ſubſtinendũ pondus omniũ paſſionũ. ps. Ego cõfirma. co. eius. Uſq; ad genua: qz facti ſunt magnanimes ad ꝓgrediẽdũ z aggrediẽdũ opera vir tutum. ps. Jbunt de virtute in virtutem. Uſq; ad renes, qz debilitauit z extinxit in eis oẽm fomitẽ z concupiſcẽtiam. ps. In flãmatum eſt cor meũ: z renes mei cõmu tati ſunt. Uſq; ad collum: qz dedit eis oĩm linguarum peritiam. Sap. j. Spiritus do mini repleuit orbẽ terrarum: z hoc qđ cõ tinet oĩa. i. ipſe homo qui habet particꝑa tionem cum omnibus: ſciẽtiam habet vo cis. Jlli igitur qui in aduerſitatib⁹ nõ ſunt fortes ſed impatiẽtes: nondũ ſunt introducti i flumẽ ſpiritusſancti vſq; ad talos. Jlli qui in melius nõ proficiunt ſed aut de ficiunt aut ſubſiſtunt, non ſunt introducti vſq; ad genua. Jlli vero qui nõ habẽt cor dis mundũ ſed carnalib⁹ deſideriis agitant, nõ ſunt introducti vſq; ad renes. Jlli qui linguas ſuas nõ refrenãt: ſed eas ad verba inordinata relarant: nõ ſunt in troducti vſq; ad collũ. ¶ Quarto ſpiritus ſanctus eſt inſtructor noſter. Niſi enim ipſe doceat interius, fruſtra omnis alius magi ſter laborat exterius. Gregor⁹ in homel. Niſi ſpiritusſanctus cordi aſſit auditꝰ in vacuũ laborat lingua docentis. Nemo ergo id docenti homini tribuat, quod ex ore intelligit docentis: quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius in va cuum laborat. Non eſt ergo attribuendũ doctori ſed ſpiritui ſancto: ſi aliquãdo dõ

bene docest vel fructū faciat. Quod ostē dit Bernardus super Canti. triplici exēplo. Primū est quia a qua fluit a fonte ad hortos: per cannalez siue aque ductum. Si ergo in horto auditoruz siat germinatio virtutum: non est gloria cānalis sz fontis. De quo fonte dicitur Cañ. iij. Fons hortorum, putens aquarum viuentiū ꝛc. Secūdum exemplum est illud: quia mens hominis formar verba sua p lingue aut dentium instrumenta. Si ergo in aure audientis inferuntur verba: prudētie: nō est laus plectri lingue sz mouentis animuz. Matt. v. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritꝰ patris vestri qui loquitur i vobis. Tertium exemplum est quia manꝰ figurat pulchrum scripturaz vel picturā: sed per calamum. Si ergo per aliquē doctorem in corde alicuius scribūtur dei pcepta vel pinguntur virtutum ornamēta: non est cōmendatio calami scribentis: sz manꝰ scribe p calamū opātis. ps. Lingua mea calamꝰ scribe velociter scribentis.

¶ De sancta trinitate. Sermo. j.

Quat homo ex phariseis nicodemꝰ nomine princeps iudeorū. Joh. iij. Festum de trinitate olim ab ecclesia non fiebat: sed quia circa ipsam trinitatē multe hereses succrescebāt: ideo Karolus christianissimus imperator rogauit Alcuinum magistrum, suum, vt historiam de trinitate cōponeret per quaz errores eliminaret, z fidem catholicaz edoceret. Qua cōposita ordinatum est vt festum illud solēniter celebrarek. Sunt tamen quidam que festū istud solēniter celebrant in octaua pēthecostes que principium dñicarū subsequentium: ad innuēdum q ipsa trinitas est prima causa omniū. Alij in vltima illarū dñicarum que est ante aduentū: ad innuendū q est finis oim. Alij nunq̄ celebrant contēti illa laude cōtinua trinitatis qua dicitur, Gloria pri z filio z spiritui sancto. Ille autem qui istud festum celebrant i octaua pēthecostes rationabiliter facere videnk. Celebrauimus em festum de filio z de spiritu sctō. Celebraturi sumꝰ in patris festū de patre eterno. Hodie vero celebramus insimul festū oiz triū personaꝝ ne videret inter eos esse diuisa maiestas quorū est diuisa vnitas Supradictū autē euangeliū hodie legit, i quo quelibet pſona aliū exprimitur. Nam persona filij est que loquitur. Persona patris exprimit cū dicitur. Scimꝰ qz a deo venisti. Persona spūs sancti cum dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua z spūsctō ꝛc. illud. Spūs vbi vult spirat. ꝛc. Exprimunt aūt pſone diuine cū suis appropriatis. Cū em attribuatur patri potentia, filio sapiētia, z spūsancto bonitas. Exprimit pſona patris cū sua potētia: cū dicit. Nemo em facit hec signa facere q̄ tu facis nisi fuerit deus cū eo. Miracula em facere, diuine potentie est. Exprimit persona filij cū sua sapientia: cū dr. Scimꝰ qz a deo venisti magister. Ad magistrū em spectat sapiētiā docere. Exprimit pſona spūssancti cū sua bonitate cū dr. Spūs vbi vult spirat ꝛc. Nō ex meritis, sz ex sua gratuita bonitate se nobis infundit. Quāuis em pater z filius z spūsctūs habeāt eādē potētiā z sapiētiā z bonitatē: tñ qz apud nos nomen patris ꝓpter antiquitatē importat ipotentiā: ne simplices hoc crederent de patre celesti attribuitur sibi potētia. Similiter nomen filij apud nos ꝓpter inuentutem importat iperitiā: nō ne de filio de hoc detur sibi attribuitur sapiētia. Similiter nomen spūs apud nos importat quādā spumositatez z furorē, iuxta illud. Cā. 8. Quiescite ab homine cuꝰ spiritꝰ in narib⁹ eius est. Ideo ne de spū sancto hoc credatur attribuitur sibi bonitas. Primo igitur patri attribuitur potentia. Est autē omnipotēs quia potest omnia que vult. ps. Omnia quecunq̄ voluit dñs fecit in celo z in terra: in mari z in omnib⁹ abyssis. Celū enim cum suis sideribus obedit sue voci. Baruch. iij. ca. Stelle vocate sunt z dixerūt, assumus ꝛc. Tertia etiam vocat z obedit suo respectu. ps. Qui respicit terram z facit eaz tremere. Ware sine liter obedit sue ordinationi. De quo dicitur Job. xxxvij. Ventus tendes ampli⁹: z hinc cōfringes tumētes fluctus tuos. Abyssi. i. demones obedierūt iussiōi. Sicut patet in legiōe demonū cui xps ipetrauit vt de homine exirēt z pos

tos intrarēt: z ptinus obedierūt: vt habet. Matt. viij. Solus aūt homo nec sue voci obedit. Prouer. xv. Vocaui z renuistis. Nec ēd ei⁹ aspectū peccare erubescit. Cū sñ dicat Eccli. xvij. Que corū nō sunt abscōdite ab oculis ipsi⁹. Nec ei⁹ ordiatione custodit, q̄ ordinauit vt rō ꝓsit sensualitati: sz in hoc ꝓest sensualitas rationi. Nec ei⁹ ꝓcepta facit. ps. Nō custodierūt testimonia ei⁹: z in lege eius noluerūt ambulare. Quāuis aūt deꝰ sit ops. duo sūt in ipso z duo in nobis que ipz vincere videtur. Primū est sua pietas viscera. Hiere. xxxj. Conturbata sunt viscera mea sup eū: miserās miserebor ei⁹. Aug. ꝓptior q̄dē videk deꝰ peccatoris venīā tradere q̄ ipse accipere. Sic em festinat reā absoluere a tormēto cōsciētie sue: q̄si eum pius cruciet cōpassio miseri q̄ ipsuz miserum passio sui. Scōz est sua charitas affectuosa que ipsum de celo ad terram deposuit. Aug. O charitas q̄ magnas vires habes: deū de celo ad terras deposuisti. Ipsum etiā in crucē ascēdere coegisti. Luce. xij. Baptisma habeo baptizari: z quō coarctor donec perficiar? Nihil antē ch esset ops coartare eū poterat nisi charitas q̄ plenꝰ erat. Tertiū est nra oratio lachrymosa. Unde dr de Iacob Gen. xxxij. Si cōtra deū fortis fuisti: q̄to magis cōtra homines pualebis? Prevaluit aūt p lachrymas: vt dr Osee. xij. Innalui ad angelū: z cōfortatus fleuit z rogauit eū. Ber. O hūilis lachryma, tuū est regnū: tua ē potētia. Ante cōspectū iudicis intrare nō vereris: sola si lacrymaueris nūq̄ sola redibis: de cōd peteris obtinebis. Uincis inuicibile: z ligas ꝙ oportē. Hoc etiā innuitur. iij. Reg. xx. de Ezechia rege: cuius lachryme deū vicerant. Quartū est nostra humilitas gratiosa. Istud innuitur. iij. Reg. xxj. vbi dixit dominus helie. Nonne vidisti achab humiliatū coram me? Quia igit humiliatus est mei cā: non inducā malum in diebus eius. Hoc etiā patet in niniuitis: quoꝝ humilitas deus dicit. ¶ Secūdo sapiētia attribuit filio: de qua sapiētia dicit Leo papa. Ista est scientia summi iudicis. iste tremendus aspectꝰ cui peruiū est oē q̄ solidū est et apertū oē secretū, cui obscura clare nuta ꝑdēt: silentiū cōfitek: z sine voce mēs loquit. Quāuis aūt sit sapientissimꝰ: tamen scienter permittit se decipi a nobis i vēditione, emptione, z cōmutatione. In venditione quidē: qz vendendo nobis regnū celorum dimittit se a nobis decipi infra dimidiā fortē iusti precij. Uendidit enim ipm apostolis pro retibus z parua nauicula. Zacheo p dimidia substātia. Uidue p duob⁹ minutis. Quibusdā p calice aq̄ frigide. vt habetur Mar. x. Quibusdā pro sola bona volūtate. Hiero. Que offerunk non sui ponderē sz offerentium voluntate pensant. Augu. Regnū celorū tñ valet q̄tū habes. Nihil vilius cum emitur: nihil chariꝰ cū possidetur. Sc̄o dimittit se decipi a nobis in emptione: quia vilia nostra pretio emit, Nā corpꝰ nostrum emit ꝑ cio sanguinis. j. Cor. vj. Empti em estis precio magno ꝛc. Animā nostrā emit positione anime sue. j. Joh. iij. Ille pro nobis animam suā posuit. Reos nōs emit ad cē tuplū. vt habetur Matt. xix. Centuplū accipietis. Penitētiā nostrā emit regno celorū. Matth. iij. Penitētiā agite ꝛc. Tertio dimittit se decipi a nobis in communicatione. Commutat em nobiscū aurum suū gratie in lutū nostre culpe. Celuz sue gloie in terram nostre temporalis substātie. Aceruum gaudiorū in semina lachrymarum. Nam accipit nostra peccata z ea destruit. Esaie. xliij. Deleui vt nubez iniquitatem tuā. Accipit nostras elemosynas, z eas secū recondit. Matt. vj. Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi nec erugo nec tinea demolit ꝛc. Accipit nostras lachrymas z eas coram se ponit. ps. Posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Pro his aūt dat nobis aurum gratie. Celum gloie ps. Gratiam z gloriaz dabit dominus. Et acerum infinite letitie infūdit. ps. Euntes ibant z flebāt. ꝛc vsq̄ ibi Manipulos suos. ¶ Tertio bonitas attribuit spūi sctō. q̄ quidē tanta est vt ab ea nullus absc̄dere se possit. Iuxta illud ps. Nō est q̄ se abscōdat a calore eius. Nā i celo est ei⁹ mia saluās. ps. Dñe in celo mia tua. In purgatorio est mia liberās. Eccli. li. Libera sti me a pssura flāme q̄ circundedit me. In inferno est mia mitigans: qz etiā ibi deꝰ punit citra ꝑdignū. ps. Ne obliuiscatur misereri deꝰ: aut cōtinebit in ira mias

Universidad de Bibliotec

suas? In mundo vero est modo mia cōseruans quantū ad iustos. Modo mia expectans: quātum ad malos. Modo mia trahens ꝯtū ad duros: qui per beneficia z flagella trahuntur. Modo mia suscipiēs ꝯtū ad reuertētes: vt possit dici illud ps. Mia dñi plena est terra. Ista aūt bonitas z mia spūsctō est ꝑpria z innata iuxta illud. Deus cui ꝑpriū est misereri semp et parcere. Punire aūt est sibi alienū z ꝓtra naturā. Illud aūt qō hō ꝓtra naturā hz inuite z tarde facit: z ideo deꝰ inuite punit tarde. Qō te em̄ inuite puniat dicit Esa. j. Heu cōsolabor super hostibus meis, z vlcabor de inimicis meis. Interlin. Affectu pū patris eos licet inimicos plangit z percutit. Chryso. sup Matthēum. Deꝰ inuite z cū magno dolore cōpellit peccatores dānare. Non tamē sic delet q ipse ab eis offendat: sed quia violenter cogit aliquem perdere ꝺ omnes cupit saluare. Qō aut̄ sit tardꝰ ad puniēdū habetur p illud Gen. iij. Cum audisset vocem dñi deambulātis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se adam z vxor eiꝰ. Ecce deꝰ vadēs ad puniēdum transgressorem: non currebat iz deambulabat. i. lēto passu incedebat. Vadēs vero ad recipiendū ad miam filiū ꝑdigū, non ambulauit sz cucurrit, qz accurrēs cecidit sup collū eius: vt habeat Luc. xv. per qō dat intelligi q ipse est tardꝰ ad puniēdum, z promptus ad miserendū. Et dicit q deambulat post meridiē. Adā creditur peccasse hora sexta: z tñ expectauit punire post meridiē: qz penā differebat z ipsum ad miaz expectabat. Dicit iterū deambulabat ad aurā. i. cōtra aurā. Homo vadēs ꝓtra aurā ab itinere retardat: z q est ista sura nisi refrigerans dei mia? Qñ em̄ deꝰ aliquem punire ꝑdeliberat: mox eiꝰ misericordia sibi obuiat: z quodammodo i faciem sibi contradicit: z ad parcēdum et ad miserendum mducit.

¶ Sermo secundus.

Oen amē dicā tibi nisi quis natꝰ fuerit denuo nō pōt videre regnū dei. Sanctꝰ nicodemꝰ de salute aie sue volēs ꝑsiliū accipere ad xp̄z accessit: q sapiētissimū esse cognouit. Multū hō dz sollicitꝰ esse vt ꝑsiliū sapiētē inueniat a q cōsiliū petat. Dominus em̄ magna discretio i mdrēdo. Scripte xp̄i magna sapia in rhēdo. ¶ Circumspicit z discretꝰ vt possit bonū cōsiliarium inuenire, cui secure possit se ꝑmittere. Bonū aūt cōsiliariū ptinet tria hēre z timere. Prio dz habere magnā sapiam. Amb. i lib. de offi. Quis se ꝑmittat ei qui nō putat plꝰ sapere ꝯ ipe sapiat q ꝓ ratione vitāda. Prouer. xix. Que festinꝰ est deuiā digētē pascit dū rōne aiz imbuēs ꝓhibet esse ꝑcipitē. Socrates. Melox ꝑsiliū sequi q ipsis placēt. Ista em̄ est differētia inter sapiētē cōsiliariū z fatuū: qz fatuꝰ nō respicit nisi principiū facti. Sapiens aūt respicit finē z ea q sunt ad finē. Un legit quodā philosopho qui in foro i loco eminenti residens dixit se velle vendere sensum. Quod quidā princeps regiōis illius audiēs nūcios z aurū misit: vt ab eo sensum emerēt. Ille vo i schedula scripsit discēs. In oibꝰ q factur es semp cogita de tibi possit accidere. Qō cū nunciꝰ deferret z schedulā vellēt ꝑcipere ait. Potest secure ad dominū vestrum: quia bene ꝓcepit. Quod cum princeps accepisset: cepit tremere z pallere. Quo vidēte: ceps cū capi fecit: z minis z tormētis veritatē extorquēs sibi pcepit: sz auctore sceleris interfecit. per qō ꝓz ꝯ sit vtile oibꝰ finē pensare. Scōm est iustitia vt nec amore, nec odio, nec timore, nec ꝓmio recta cōsilia derelinquat. Amb. vbi. ꝯ. li vero salutē nostrā cōmittimus qui iustus z prudēs. Facit em̄ iustitia vt nullus sit fraudis metꝰ. Fac t prudētia vt nullus sit errozis suspicio. Tutius tñ viro talis ꝯ prudenti nos cōmittimus: qz consiliū viri iusti frequēter sapiētissimi ingenii

preponderat. Tertiū est inocētia siue bona vita. Amb. vbi. ꝯ. Aduertimꝰ q in quendis consiliijs plurimū adiungat vitę ꝓbitas: virtutū ꝓrogatiua: bñuolētie vsus. Quis em̄ in ceno fonte requirat? Quis ex turbida aqua potū petat? Itaq vbi iusticia, vbi intēperātia, vbi vitiozū confusio: quid inde sibi aliquis hauriēdū estimet? Quis vitlē aie sue iudicet quē v det inutiozē quē videt inferiozē moribꝰ? Sup me dz esse cui me ꝑmittere volo vl paro. Aut quo idoneū cū putabo q mihi dei cōsiliū sibi nōvacat? Tria aūt sunt a bono cōsilio vitāda. Prio em̄ vitā da est festinātia subita. Prouer. xix. Que festinꝰ est deuiabas offendet. Greg. in moral. Consilio in ꝓcipitē. Socrates. Melox ꝑsiliū sequi q ipsis placēt. Ista em̄ est differētia inter sapiētē cōsiliariū z fatuū: qz fatuꝰ nō respicit nisi principiū facti. Sapiens aūt respicit finē z ea q sunt ad finē. Un legit quodā philosopho qui in foro i loco eminenti residens dixit se velle vendere sensum. Quod quidā princeps regiōis illius audiēs nūcios z aurū misit: vt ab eo sensum emerēt. Ille vo i schedula scripsit discēs. In oibꝰ q factur es semp cogita de tibi possit accidere. Qō cū nunciꝰ deferret z schedulā vellēt ꝑcipere ait. Potest secure ad dominū vestrum: quia bene ꝓcepit. Quod cum princeps accepisset: cepit tremere z pallere. Quo vidēte: ceps cū capi fecit: z minis z tormētis veritatē extorquēs sibi pcepit: sz auctore sceleris interfecit. per qō ꝓz ꝯ sit vtile oibꝰ finē pensare. Scōm est iustitia vt nec amore, nec odio, nec timore, nec ꝓmio recta cōsilia derelinquat. Amb. vbi. ꝯ. li vero salutē nostrā cōmittimus qui iustus z prudēs. Facit em̄ iustitia vt nullus sit fraudis metꝰ. Fac t prudētia vt nullus sit errozis suspicio. Tutius tñ viro talis ꝯ prudenti nos cōmittimus: qz consiliū viri iusti frequēter sapiētissimi ingenii

tia z iustitia. Hieremi. xxiij. Regnabit rex z sapiēs erit z faciet iudicium z iustitiam in terra. Fuit in eo vite innocentia. j. pet. ij. Peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius Fuit in examinando maturitas. Joh. v. Sicut audio. i. sicut examino: sic iudico ꝛc. Fuit in iudicando magna trāquillitas. Sap. xij. Tu aūt dñator virtutis cū tranquillitate iudicas. Fuit in parcendo magna ꝓpria. Matt. ix. Misericordiā volo et non sacrificiū. ¶ Secundo ponitur magna sapiētia ex parte christi cum respondit. Nisi quis natus fuerit denuo ꝛc. Circa quod notādū, q triplex est natiuitas: scilicet naturalis, spiritualis, z celestis. Homo igitur qui est natus natiuitate naturali non potest intrare regnum dei nisi iterum nascatur natiuitate spirituali que fit in baptismo. Quantumcunq etiam sit renatus natiuitate spūali: adhuc tamē intrare non poterit in regnū celozū: nisi iterū nascatur natiuitate tertia. s. natiuitate celesti que fit in morte cuiuslibet sancti viri. Prima natiuitas est hominis ad humilitatez. Scda ad iustificationem. Tertia ad beatitu dinē. Puer q dez nascens natiuitate carnali: tria facit que sunt nobis ad humilitatis exēplū. Primū est: quia non nascitur ridendo sed flendo. Sap. vij. Primā vocē similē omnibꝰ emisi plozās. Aug. de ciui. dei. Puer q nascit a plozatu incipit: nesciēs ꝓphetizat qd malozum passurus sit Solū quando natꝰ est risisse ferunt zozoastē: z tamen ille risus monstrosus parū profuit illi. Fuit em̄ inuēt oz artium magicarū. Et cū esset rex bactrianozū a Nino rege assyriozū interfectꝰ est in bello. Hiero. etiā dicit ad Tyrasiū q dños fleuit qñ lazarum suscitauit. ex eo q amicū charissimū ꝓpter alios salūdos ad hostilē vitā reuocare itex cogebatur. Ubi etiā apud multos est cōsuetudo (vt dicit Solinꝰ) q qñ puer nascit a parentibus z ꝓpinquis deflet. Quādo vero quis moritur, ad tumulū cū tripudio deportat. Scōm est q puer more bestiaꝝ sez curuus z quasi in quatuor pedibꝰ nascit: ad innuēdū q cōparatꝰ est iumētis incipiētibꝰ z similis factꝰ ē illis. Propriū em̄ iumēti est oculos ad terrā hr̄e. Et ꝯtum ad hoc bestialis est auarus. ꝑs. Oculos

los suos statuerũt declinare in terrã. ꝓ
pium iumẽti est vna femina ꝓtentum non
esse. Et ꝯtũ ad hoc bestialis est homo lu
xuriosus. Hier. v. Equi amatores in femi
nas ꝛ emissarij facti sũt: vnusq̃sq; ad vxo
rem proximi sui hinniebat. ꝓpriũ iumẽti
est nõ rogꝫ rõne, sed ferri nature sue impe
tu. Et ꝯtum ad hoc bestialis est superbus
q̃ dicit Sapie. ij. Sit aũt fortitudo nra lex
iustitie ꝛc. Tertiũ est: qz mor puer manuz
ad os ponit: ad immundum q; ad tãtas cõ
uenit miserias ꝓpter peccatũ factum ore
primoꝝ parẽtũ. Naz mulier peccauit ore
per malã suasionem: qñ sz viro vt de po
mo comederet persuasit. Vir peccauit ore
p fatuã excusationẽ. Uterq; peccauit ore p
illectam comestionem. Multi autem ho
die ore suo taliter peccant: aut mala cõsi
lia dãdo: aut male excusando: aut nimis
se ingurgitãdo. Scõa natiuitas est spũalis
que fit in baptismo: vbi spũs scũs tenet
locũ patris: aqua sanctificata tenet locuz
matris: verbum est tanq̃ semen diuinum.
De quo dicit Aug. Accedit verbũ ad ele
mẽtum: ꝛ fit sacramẽtũ. Ephe. v. Mundãs
lauacro aque i verbo vite. In baptismo
sũt puer ter in aquã mergitur: siue ad re
presentãdum triduanã sepulturã: siue ad
innuẽdum q; ibi remittitur peccatũ origi
nale, veniale, et mortale: siue ad innuẽdũ
q; ibi tota trinitas operatur: siue ad inuẽ
dum q; i baptismo xpi tota trinitas se ma
nifestauit. s. pater in voce: filius in carne: spi
ritus scũs in specie colũbe. Tertia natiui
tas est celestis: q̃ sancti viri de vtero ma
tris ecclesie per mortẽ egrediẽtes in celo
nascũtur. Et ideo mors sanctorũ natalis
vocat. Ratio aũt est: qz infans i vtero exi
stẽs dum ad debitum cõplemẽtum deue
nerit, de vtero exire appetit: ex eo q; re
quirit ampliorẽ locũ ad manẽdum: vbe
riorẽ cibũ ad vescẽdum: liberiorẽ aerẽ ad re
spirãdum: et maiorem lucem ad videndũ.
Sic ꝛ sancti viri appetũt in celo nasci: qz
ibi recipiẽt ampliorem locũ ad manẽdũ.
Vbi do eñ sunt in loco arcto: qz tota ter
ra respectu celi est q̃dã pũctus. De ampli
tudine aũt celi dr Baruch. iij. O israel q̃
magna est domꝰ dei ꝛc. Illa eñ domꝰ in
finitã habet amplitudinẽ: iõ dr. Quã ma
gna est domus dei ꝛc. Infinitam longitu
dinem: ideo subdit. Magnus ꝛ nõ habẽs
finem. Infinitã altitudinem: ideo subdit.
Immensus excelsus. Est eñ lõgior q̃ au
lus possit aspicere. Est latior q̃ auris po
sit audire. Est altior q̃ cor valeat cogi
re. s. Corin. ij. Qõ oculus nõ vidit: nec au
ris audiuit ꝛc. Scõo tũc recipiẽt vbera
rem cibum ad vescẽdum: qz erũt i plen
satietate: q̃ satietas erit cuz desiderio. n
ibi sit fastidium. Eccli. xxiij. Qui edũt me
adhuc esuriẽt. Desiderium erit cũ satieta
te, ne ibi sit pena. ps. Satiabor cũ apparu
ruerit gloria tua. Et vtrũq; cũ securitate
erit ne ibi sit timor. Proverbio. xv. Secu
mẽs q̃si inge cõuiuũ. Tertio tũc recipi
liberiorẽ aerẽ ad respirãdum. Modo en
sancti viri vix respirare possunt, multo m
boze afflicti, multo timore anxij. Job.
Et si mst⁹ fuero nõ leuabo caput: ecce q̃
to dolore depressus. Saturaꝝ afflictõe
ecce q̃to labore afflictus. Et miseria: ec
q̃to timore ꝓtractꝰ. Sz tũc libere respi
bũt: qz nullũ habebũt dolorẽ. Esa. xxxv
fugiet dolor ꝛ gemitus. Nullũ laborem
Apoca. xxiij. Amodo iam dicit spũs vt re
quiescãt a laboribꝰ suis. Nullum timorẽ
prouer. i. Qui aũt me audierit, absq; to
more q̃escet. Quarto tũc habebũt maio
rẽ lucem ad videndum. Nã supra se habe
bũt deũ tã lucidũ. Apo. xxi. Claritas dei
illum imabit illã. Infra se locũ tam lumi
nosuz. Tob. xiij. Lucc splẽdida fulgebit
Intra se aiam tam illustrataz. Esa. lx.
Imblebit splẽdoꝛib⁹ aiam tuã. Extra
corpus tam glorificatũ. Mat. xiij. Tũc iu
sti fulgebũt sicut sol in regno patris eo

¶ Sermo tertius.



Oen amẽ di
co vobis qz qõ scimꝰ loqui
mur: ꝛ qõ vidimꝰ testamur
ꝛ testimoniũ nostrũ nõ acci
pitis. Sicut dicit Hieron
mꝰ ad Heliodoꝝ. Grãdes materias in
genia pua nõ sufferunt. Nulla est mater
grãdioꝛ ꝛ piculosioꝛ q̃ loq̃ de ꝓfundo m
sterio trinitatz. Dicit ei Aug i lib. de trin
vbi q̃rit vnitas trinitatz pris ꝛ filij ꝛ spũs
sancti. Nec piculosꝰ alicubi errat: nec la
boriosꝰ aliq̃d q̃rit: nec fructuosꝰ aliq̃d a
uenit. Nos igit alta sapiẽtibꝰ relinquen

tes, humilia ꝛ plana dicam⁹. In ꝟbis igit
premissis tria ponuntur scz fides recta: te
stificatio vera: et ingratitudo humana.
¶ Est aũt fides recta vt credam⁹ q; i deo
sit pluralitas ꝛ essentie, vnitas.
Igitur plurꝫ pluralitas insinuatur, per
hoc qõ dr in plurali. Qõ scimus loquimur
et qõ vidimus testamur. Unitas essentie:
in hoc q; non dixit Testimonia nostra: sed
Testimonium nostrum. Hoc igitur veraci
ter est credendum: et non est aliquid aliud
inquirẽdum. Versi. ad Eugenium. Dicim⁹
tres pꝛonas: sed non est preiudicium vni
tatis. Dicim⁹ vnũ: sz non ad confusionem
trinitatis. Queris qõ possit hoc esse: sufficiat tibi credere sic esse. Scrutari hoc: te
meritatis est: sz credere pietatis: nosse vi
ta est ꝛ vita eterna. Nihilomin⁹ tñ beata
trinitas ꝛ individua vnitas quadruplicꝫ
ter ostendi potest. Primo scripturaꝝ testi
monijs. Et talib⁹ testimonijs in quib⁹ er
rot vel falsitas non potest incidere. Tres
sunt q̃ mẽtiri vel falli non possunt: scz
Deus ꝛ est ipsa prima ꝛ summa veritas.
Joh. xiij. Ego sum via veritas ꝛ vita. An
gelus: qui ola videt in ipsa veritate. Mat
thei. xviij. Angeli eoꝝ semper vidẽt faciẽ
patris mei q̃ in celis est. Et ꝓphete q̃ cepe
runt influẽtiam ab ipsa prima veritate. ij.
Petri, i. Spũ sancto inspirati, locuti sunt
sancti dei hoies. Quãuis aũt ꝓphete po
tuissent fallere ꝛ falli in ꝛtũ erãt homies
partim nõ in ꝛtum immediate a deo inue
nte docti. Primo igitur testimonio dei.
Gen. i. Faciamus hoiem ad imaginẽ ꝛ si
militudinẽ nostrã. Nõ potuit aũt esse hoc
verum ad angelos: qr ipsi hoies nõ sũt.
Quis igit dicit Faciam⁹ ad nostrã plura
litatem indicat pꝛonaꝝ: qr si ibi non esset
pluralitas in pꝛonis, nõ diceret. Faciam⁹
sed faciã: nec nostrã, sed meã. Qõ ꝛo ad
imaginẽ est similitudinẽ, primet ad vnitatẽ
substãtie: que sz vnitas si non esset nõ di
ceret ad imaginẽ, sz ad imagines: nec ad
similitudinẽ, sed ad similitudines. Scõo
hoc ostẽditur testimonio angeloꝝ. Naz si
cut habet Esaie. vj. Angeli quotidie cla
mãt, ꝛ dicũt. Sãctus scũs scũs scũs dñs de⁹
exercituuz: plena est omis terra gloria ei⁹.
Quis etiam dicũt. Stũs scũs scũs, respi
cit trinitatem pꝛonaꝝ: q; semel dicũt Dñs
deus, respicit vnitatem substãtie. Tertio
hoc ostẽditur autoritate ꝓphete, dicẽtis.
Benedicat nos deus de⁹ noster bñdicat
nos deus ꝛc. In hoc qõ dr ter de⁹, ostẽdit
pꝛonaꝝ trinitas. In hoc q; i singulari sub
infertur eum, ostenditur essentie vnitas.
Et qz apli eodem quoꝛ ꝓphete spũ fue
rũt ispirati: ideo etiã ostẽditur aplica au
toritate: cũ dr. i. Joh. v. Tres sunt q̃ testi
monium dãt in celo: pater, verbũ, ꝛ spũs
scũs: et hi tres vnũ sunt. ¶ Scõo ipsa tri
nitas ꝛ vnitas ostẽditur creaturarũ vestigijs. Non est tñ aliqua creatura q̃ sibi va
leat assimilari: quia nec vmbra assimilat
corpori cui⁹ est vmbra: nec vestigiuz pedi
cuius est vestigium: nec imago ei cuius est
imago. Potest tamen aliqua similitudo te
nuis inueniri: et hoc in creaturis superio
ribus: mediis, et inferioribus. In creatu
ris superioꝛib⁹: sicut in sole. Nã ꝛm Aug.
tria in sole cõsideratur: scz qõ est, et qõ lu
cet, et qõ calet. i. substantia solis, radius,
et calor. Radius ergo de sole nascitur: qr
filius de patre generat. Calor ab vtroq;
progredit: qr spũs scũs ab vtroq; spira
tur. Ipse aũt sol a nullo procedit: qr pater
non est factus nec creatus nec genit⁹ nec
ꝓcedẽs. Et ola tria sunt vnus sol: ꝙa oẽs
tres persone sunt vnus deus. Scõo inue
nitur in creaturis inferioꝛib⁹, sicut in ele
mento aque. Fons eñ generat riuum, sic
pater generat filium: fons ꝛ riuus facit
stagnum, sic pater ꝛ filius spirãt spiritum
sanctum. Fons aũt a nullo ꝓcedit: qz pa
ter a nullo exist, et tamen in fonte riuo ꝛ
stagno est eadem aqua, qz i patre ꝛ filio ꝛ
spiritu sancto est eadem substantia. Ter
tio innenitur in creaturis mediis: sicut in
homine. Istud ostendit Aug. in lib. de tri
ni. dicens. Mens, et notitia eius, et amor
tria quedã sunt. Mẽs eñ nouit se ꝛ amat
se: nec ei posset se amare nisi se nosceret.
Ipsa aũt mens est quasi parẽs notitie ei⁹
quasi proles: tertiꝰ est amoꝝ q̃ de ipsa mẽ
te ꝛ notitia ꝓcedit: dum mens cognoscẽs
se diligit se: non eñ posset se diligere nisi
se cognosceret. ¶ Tertio ipsa trinitas et
vnitas demõstratur ostẽsis figuris. Quaꝝ
vna ponitur Gen. xviij. vbi Abrahã vidit
tres viros ꝛ vnũ adoꝛauit. vbi ꝛm gl. trinitatis ꝛ vnitatis mysterium delcaratur

nem tāgit qñ ds de peccato in pctm cadit ꝛ fluit. Peccator em̄ fluit de mala cogitatione in malā delectationē, de delectatiōe in cōsensu, de cōsensu in op⁹, de opere in cōsuetudinē, de cōsuetudine in necessitatē, de necessitate in desperationē: ꝛ tūc tanq̄ infirm⁹ desperat⁹ nullū cibū nocuū: id est nullū vitat peccatū. Proverbio.xviij. Impius cū in pfundū peccatoꝝ venerit cōtemnit. Chryso. Sicut infirm⁹ donec mediocrē habet passionē, ꝛ sperat posse curari, servat se a nocuis. Si aūt intellexerit passionem esse insanabilē iā nō parcit sibi. Sic ꝛ homo donec mediocriter peccat ꝛ sperat salutē obseruat se a malo. Si autē grauiter peccādo ceperit desperare nil iā dubitat facere nesciēs miser q̄ sicut i bono gradus sunt gloriā, ita sic in malo grad⁹ sunt penaꝝ. Medici aūt fallaces q̄ animā deterius habere faciunt sunt honores, delicie ꝛ diuitie. Nā honores promittūt exaltationē ꝛ dant subitā delectionē. Uel in vita. Unde ór Job.xxx. eleuasti me ꝛ quasi supventū ponēs elisisti me valde. Uel i morte saltē. Eiusdē.xx. Si ascēderit vsq̄ ad celū superbia eius ꝛ caput eius nubes tetigerit quasi iter quilinū fetēs pdet. Diuitie .p. mittūt satietatē ꝛ dāt esurientē: sicut patet in diuite epulone q̄ ad tantā deuenit paupertatē q̄ modicū aquę habere non potuit. Delicie .p. mittūt delectationē ꝛ dāt amaritudinez. Istud ostēdit. Salomō ẏba ꝛ exēplo, ꝛ facto. Uerbo. Prouerb.v. Fauus distillās labia meretricis: nouissima aūt illi⁹ amara quasi absinthiū. Exēplo sup̄ plius dicēs. Eccl.ij. Et oīa q̄ desiderauerūt oculi mei nō denegauī eis nec .ph. bui cor meū quin omni voluptate frueretur. ꝛc. Ostēdit hoc idē facto. Cū em̄ multis vacasset, delicijs. tandē se ip̄m exposuit: vt dicūt iudei, et vsq̄ ad sanguinē se ẏberari fecit, ꝛ extūc penitētiā durā fecit. Sēdo ista mulier miraculose fuit sanata p tria. Primo p visum xp̄i. Unde ór. At iesus cōuers⁹ vidit eā. Ista visio fuit respect⁹ diuine misericordie quo de⁹ petōrē respicit. Quo etiā respexit petrū peccātem vt ór Luc.xxij. Quo etiā mulierē istā respexit ꝛ sanauit. Unde m⁹ em̄ q̄ sol poros terre penetrat ꝛ aurū ꝛ lapides preciosos in eis viscerib⁹ generat. Multo igit̄ forti⁹ oculi misericordie dei sup̄ solē lucidiores pfunda peccatoꝝ corda penetrāt. Eccl.xxiij. Oculi dñi sup̄ solē luces res multū pl⁹ hominū corda intuētes. Sēdo ista ptes cordis penetrādo generaurū gratie: ꝛ lapidē pciosum misericordie. Sapi.iiij. Gra dei ꝛ misericordia sanctos eius ꝛ respect⁹ in electos illius. Tertius em̄ fulgor de xp̄i facie pcedebat q̄ se pctōres attrahebat. Unde dicit piero. De te fecit. ps. Dabit voci sue voces virtutis. Pect⁹ q̄dē xp̄i fuit apothoca omniū ꝑfumatū: ꝛ ideo ẏba q̄ inde pcedebāt medicinalia ꝛ sanatiua. Sapiē.xvi. Nec herba nec⁹ malagma sanauit illos: sed tuus dñe q̄ sanauit oīa. Est em̄ xp̄s lignum vite: vt ór. apocalyp.xxij. cap. Cuius fol. id est ẏba sunt ad sanitatē gentium. Tactio sanata fuit p tactū christi q̄ tetigit fimbriā vestimēti eius. Luce.vj. Omnis turba rebat eū tangere: qz ẏt⁹ de illo exibat et sanabat oēs. Si em̄ magnes tactu suo attrahit ferrū: multo forti⁹ q̄ xp̄s p fidē ꝛ devotionē tāgit trahit ad se ferreas mentes. Hiere. Si in magnete lapide virtus est vt anulos ꝛ festucas sibi copulet, quāto magis dñs omniū creaturarū ad se ferre poterat q̄s volebat. Tertio hec mulier sanatori nō fuit ingrata. Dicit em̄ Ambrosius in hystoria ecclīastica q̄ mulier ex roissa, posteā a flumio sanguinis fuit famosa in cesaria philippi vnde fuerat oriunda. Fecit fieri statuā in curia sua ad imaginē christi cum fimbriis vestimenti, prout videbat chriſtū habere ꝛ ipsam imaginē deorsum adorabat. Fecit etiā imaginē sui ipsius stantē añ imaginē xp̄i genib⁹ flexis ꝛ manibus cācellatis. Et ór ibidē q̄ sub basi xp̄i q̄dā herbe crescebāt: q̄ cū pt⁹ nullus essent virtutis posteā fimbriaz xp̄i attingebant tante ẏrtutis erāt q̄ omnes infirmates curabāt. Dicit aūt hieronym⁹ in hystoria tripertita, q̄ Julian⁹ apostata imaginem xp̄i remouit ꝛ suā ibi collocauit: q̄ ita ictu fulminis ꝛminuta fuit. Per pannum mortuā significat peccator. De qua sic ter tria dicunt. Prio q̄ mortua ploratur. Unde ór Luce.viij. Flebāt aūt oēs ⁊ plangebāt illā. Sēdē modo peccator ab omnibus plāgi deberet. Prio em̄ plāgit a deo Michee.vij. Ue mihi qui factus sum sicut qui colligit racemos in autūno vindemie colligit etiā christus q̄ diabolus homines paruos. Esaie.l. Heu consolabor super hostib⁹ meis ꝛ vindicabor ó inimicis meis. Glo. More p̄ patris eos lz inimicos plāgit ꝛ punit. Secundo ploratur ab angelis. Sicut enim angeli gaudent de peccatorū conuersione sic dolent de eorum prevaricatione. Esaie.xxiij. Ecce videtes clamabāt foris, angeli pacis amare flebūt. Tertio ploratur eſt a seipso. Hiere.vj. Luctū vnigenitū fac tibi plāctum amaꝝ. Michee.j. Faciam planctū velut draconū ꝛ luctū āli struthionum. Draco plāgit quādo elephas capit suum conterit. Struthio vivlat quando ouas sua pdit. Debet igit̄ peccator fiere ꝛ quia diabolus caput suū: id est christū in eo extinxit: ꝛ quia ouā id est merita sua p̄dit. Quarto fletus est a quolibet christiano. Ecclesiastici.xxij. Luct⁹ mortui septē dies, fatui aūtez ꝛ impij omnibus diebus vite ipsorum. Augusti. Sunt ne in te christiani viscera misericordie q̄ plangis corpus a quo recessit anima ꝛ nō plangis animā a qua recessit deus? Sēcūdo ista puella fuit resuscitata ꝛ hoc manu eam tangēdo ꝛ eleuando. Manus autem dei quinq̄ digitos habet. Primus est potētia dei, iste est poller. Secūdus est sapiētia dei, iste est index. Terti⁹, gratia dei, iste est medi⁹ quia per gratiam mediantem peccator iustificat. Quart⁹ charitas dei, iste medic⁹. Charitas aūt dei maxime apparet i christi passione q̄ est medicina omnium peccatorū. Quintus est misericordia dei, iste est auricularis: quia maxime per misericordiam peccata purgantur. Peccator autez est infirmus. Ideo indiget potentia dei, q̄ ipsum faciat fortem ad resistendum ꝛ operandum philip.iiij. Omnia possum in eo qui me confortat. Est cecus: ideo indiget sapientia dei que sibi viam demōstrat. ps. Deduxit eos in viā rectam vt irent in ciuitatem habitationis. Est dei inimicus: ideo indiget gratia dei que ipsum reconsiliet ꝛ faciet ephe.ij. Cui⁹ gra vos saluati estis. Est vulneratus: ideo indiget charitate et

medicina dei que fuit in christi passione. Ecclesiastici.xxxviij. Altissim⁹ de terra id est de sua creauit medicinā. Et immūdus: ideo indiget misericordia dei q̄ immūdicias pctōrū purget. Prouer.xv. Per misericordiam fide purgant petā. Tertio ista puella post resuscitationē fuit nutrita. Unde dicit Marci.v. Jussit illi dari mādūcare. Posteq̄ em̄ peccator est resuscitat⁹ indiget pane verbi dei qui ipsuz fortificet. ps. Panis cor hominis cōfirmet. Indiget etiā bo gratie dei que ipsum fortificatum deleeter. Eccl.xxiij. Spiritus meus super mel dulcis. Indiget vino amoris quod ipsum confortatum ꝛ delectatum letificet. ps. Ut num letificat cor hominis. Isto vino hic aspergimur: sed i futuro ipsum in suo fonte bibemus. Augu. In regione illa intelligibili beata vita in suo fonte bibitur: unde huic humane vite aliquid aspergit̄ vt tentationibus huius seculi temperāter fortiter iuste prudenterq̄ viuatur.

¶ Sermo secundus.

Onfide filia fides tua te saluaz fecit. Secundum beatum Ambrosium in libro de sapientissimo Salomone mulier ista fuit Martha. Ait enim sic. Christ⁹ largum sanguinis fluxum siccauit in Martha. Demones expulit de maria. Corpus reddiuit spiritus calore constrinxit in lazaro. Isti ergo mulieri christus tria verba dixit. Unum quod fuit magne familiaritatis cum dixit filia. Secundum quod fuit magne securitatis cum dixit confide. Tertium quod magne letitie ꝛ iocunditatis: cum ait. Fides tua te saluā fecit. Isia tria verba similiter dicit christus cuilibet anime fideli. Primū verbū est magne familiaritatis eam nominādo filiā: est em̄ fidelis anima filia dei triplici iure. Primo ꝓpter generationē. De⁹ em̄ ipsam generauit generatione naturali qñ ad similitudinē suā eam fecit. Sed istā generationem primus homo de⁹ panis ꝛ ideo totā naturā hūanā immundā fecit. Si em̄ massa ē viciata ꝛ panis. Et sicut vinū purū si ponatur i vas viciatū vinū corrūpit: sic ⁊ ais munda creas-

ta z corpi immūdo infusa vitā. Ephe.ij. Eram⁹ natura filij ire. Jō de⁹ ipam aiam regñauit gñatione sacramētali q̄ fit i baptiſmo. Joh.iij. Niſi q̄s renat⁹ fuerit de nuo: nō pōt videre regnū dei. In ista regñatione spūſſctūs est loco pris: aqua loco matris verbū dei loco diuini ſemunis. Sed ab ista regñatione multi degenerāt q̄ baptiſmalē innocētiā fedant ideo deus ipam adhuc gñauit gñatiōe spūali q̄ fit p penitētiā. Et sicut de⁹ nō abijcit a sua filiatiōe illos q̄ reduūt ad pniam: ſz tā iſtos q̄ illos generat tādē q̄rta gñatiōe ſcz gñatiōe eccleſti. De qua ꝺr Geñ.xv. Generatiōe quarta reuertent huc. Beda. Nō nouū ꝺz videri ſi naſci dicat: q̄ ex hac vita mi grauerit. Sicut em̄ cōſuete nasci ꝺr cū q̄s de vtero matris ꝓcedēs in hāc vitā ingredit. Ita pōt natus appellari q̄ ſoluti vinculis carnis ad lucē ſublimat eternā. Secundo anima ꝺr filia dei ꝓpter imitatiōne. Nō debem⁹ tātū imitari in potētia q̄ ineffabilis est. ps. Quis loq̄tur potentias dñi. Nec i ſapia: q̄ incōpreh̄ēſibilis est. ps. Mirabilis facta est ſciētia tua ex me. Sz in mia: q̄ in hac imitabilis est. Luce.vj. Estote miſericordes ſicut z p̄r vester miſericors est. In futuro aūt ecōuerſo ſancti imitabunt deū i potētia. ps. Introibo in potētias dñi. In ſapia. ps. Exiſtimabā vt cognoſcerē. hoc labor est añ me donec intrē in ſanctuariū dei. Nō aūt oportebit q̄ ipm imitent in mia. Nec q̄tū ad nos: q̄ in eis nulla erit miſeria. Nec q̄tū ad mālos: q̄ gaudebunt de dei iuſtitia. Tertio dicit filia dei ꝓpter hereditatis ſucceſſionē. Rom.viij. Si filij z hr̄des hereditas trāſit ad hr̄des cū ſuo onere. Celeſtis em̄ hr̄ditas hz annexū onus hūilitatis z obediētie z aduerſitatis. Cū iſto onere eā habuit xp̄s. Philip.ij. Hūiliauit ſemetipm̄ q̄ ad primū. Fact⁹ obediēs vſq̄ ad mortē q̄ ad scōz. Mortē aūt crucis quo ad tertiū. Cū iſto onere z nos eā habere debem⁹ vt ſcz ſim⁹ hūiles. Mat.xviij. Niſi cōuerſi fueritis z efficiamini ſicut pueri: nō intrabitis i regnū celoz. Sim⁹ mādatis dei obediētes. Eiuſdem. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata dei. Simus in aduerſitatibus patiētes. Matth.v. Beati qui pſecutionē patiunt ꝓpter iuſtitiā q̄ ipſorū est regnū celorū. Scōm verbū Magne ſecuritatis: cū dicit. Cōſide. Ta em̄ de nra ſalute ſecuri eſſe poſſumus quo ad cōſidēdū ſic aſſti ſum⁹. Fecit xp̄s de nra ſalute nos ſecuros ꝓ tria. Primo ꝓ iuram qd̄ tripliciter nobis iuranit. Primo ꝓ ſe oipotētē. Geñ.xxij. Per memetipm iuraui ꝺr dñs: q̄ benedicēs benedicā tibi. Secūdo ꝓ benedictione, ſcz gr̄e in p̄ſti, z gl̄ie i futuro. Scōo iuranit per ſe ꝓ uētē. Numeri. xiiij. Uiuo ego dicit dñs, implebit gl̄ia dñi vniuerſa. i. terra viuētiū q̄ gl̄ia dñi tanq̄ implebit q̄ numerus ſaluādorū erit certus. Tertio iuranit ꝓ ſe veritatē. Mat. Amē dico vobis q̄ vos q̄ reliquiſtis omnia z ſecuti eſtis me ꝛc. Ratio aūt quare de iſto triplici mō iuramit pōt aſſignari. Primo em̄ tribus de cauſis iuramētū q̄s facit q̄ nō ſeruat. Aut ꝓpter impotētiā q̄ nō pōt ſeruare q̄d iuramit. Aut ꝓpter imꝓuiſam ſubitā q̄ ſcz morte ꝓuenient⁹ nō pōt ſeruare q̄d iuranit. Aut ꝓpter fraudulētiam q̄ ſcz intēdit decipere eū cui iuramit. Et ſic aūt iuramētū ſuum nō violat. Nec ꝓpter impotentiā q̄ ſcz oipotēs est, iō iurat ꝓ ſe oipotētē. Nec ꝓpter mortē interpoſitā q̄ ipſe est vita, iō iurat ꝓ ſe viuētē. Nec ꝓpter aliquā fraudulētiā q̄ ipſe est veritas: iō iurat ꝓ ſe veritatē. Ueritas em̄ nemīnē decipere pōt. Scōo fecit nos ſecuros ꝓ inſtrumētū q̄d ſcripſerunt quatuor euangeliſte ſcz ꝓ quatuor euāgelia. Tertio aūt inſtrumentū est auctenticū quando habet ſapientem dictatorē teſtes veraces: z fidelem notarium. Dictator hoz⁹ inſtrumentorū fuit ſpiritusſanctus. ij. Petri. i. Spiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Fuit etiā dictator filius dei qui euāgelia dictauit. Fuerunt teſtes duodecim apoſtoli. Actu. i. Eritis mihi teſtes in hieruſalem ꝛc. Notarij fuerūt quatuor euangeliſte: quorū lingua ſpiritusſancti tanq̄ calamo vſus est. ps. Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis. Notarius fidelis fuit Marcus, qui omnia audiuit a petro. Fuit Lucas qui omnia audiuit a paulo in paradiſum rapto. Fuit Matthe⁹ q̄ oia audiuit a xp̄o. Fuit Johannes, q̄ ſapiaz hauſit de pctōre dñico. Tertio fecit nos ſecur⁹ per pignus. Dedit eis pignora. Primo corpora ſanctorum q̄ apud nos ſepulta ſunt. Eccleſiaſtici.xlvij. Corpora ſctōrū in pace ſepulta ſunt z viuent nomina eorū in eternū. Ult⁹ de⁹ vt ipſa corpora in pignore teneas: ne ſine nobis reſurgant. Hebr.xj. Hi oēs teſtimonio fidei ꝓbati mūerī ſunt, nō acceperunt repromiſſionē deo aliq̄d ꝓ nobis melius ꝓuidēte: ne ſine nobis conſummarent. Scōo dedit nobis corp⁹ pro ſuum oibus diebus vſq̄ ad cōſummationez ſeculi. Et dñs dicit vſq̄ ad cōſummationez ſc̄i: q̄ poſtmodū nobiſcū nō erit ſub forma panis ſz i apta gl̄ia maieſtatis. Tertio dedit nobis ſpiritū ſanctū. Ephe.j. Signati eſtis ſpū promiſſionis ſctō q̄ est pignus hereditatis veſtre. Tertiū verbum fuit magne ꝓpūditatis cū ſuā ſalutē ſibi promiſit dicēs. Fides tua ſaluā te fecit. Mulier ſpa quedā erat ſibi cauſa ſalutis ſecū aſſumpſit: ſcz verecūdiā fidē, timorē, dilectionē, humilitatē. Uerecūdia eius apparet in hoc q̄ nō ante faciē: ſed retro acceſſit. Fiducia veſtimēti ei⁹ ſalua ero. Timor in hoc q̄ retro ſtabat. De cuius timore dicit. Marci.v. Mulier aūt timēs z tremēs ꝛc. Dilectio z fides i hoc q̄ tetigit. Fidem ſuam ꝓ dilectiōe deū tāgit. Humilitas ei⁹ ptz in eo q̄ nō reputauit ſe dignā tāgere pedes. Necessitā plenitudinē veſtimenti ſed tāmen ſimbriā. Iſte q̄nq̄ virtutes, ſunt valde neceſſarie cuilibet p ordinē ad ſalutē: ſed verecūdiā hz cor pctōris ad pniam diſponere. Qñ em̄ ſtatū ſue miſerie cōſiderat incipit de ſeipo erubeſcere, z de pctō ſuo do'ere. Sicut em̄ mala verecūdia impedit cōfeſſionē. Sic bona inducit dolorē, z eſt cōfuſio ad ducēs pcm. Talis cōfuſio ad ducēs gloriā z gr̄az. Bernita. ps. Dixit dñs ex baſan cōuertaz. Baſan interp̄tat cōfuſio. Liberat a p̄ti culpa. Michee.iiij. Uenies vſq̄ ad babylonē ibi liberaberis. ibi redimet te dñs de manu inimicorū tuorū. Babylon enim interp̄tat cōfuſio. Cōſeruat a culpa futura. Philoſoph⁹ q̄dā dixit. Erubeſcētia ſalus res est. Nō tm̄ aūt cōmēdabilis est verecūdia i corde, ſz etiā in facie: z maxie in adoleſcēte. Ambro. in libro de offi. Sicut in ſenib⁹ grauitas z i iuuenib⁹ hylaritas ſic in adoleſcentibus maxie verecundia cōmēdat. Sed multi ſunt ſic infrenati q̄ nec de pctō ꝓterito volūt cōteri nec p̄ſens dimittere: nec de futuro cauere. Cōtra q̄s ꝺr. Hiere.iij. Frōs mulieris meretricis facta est tibi noluiſti erubeſcere. Scōo adhuc nit fides q̄ cor ſic diſpoſitū hz purgare. xv. Fide purificās corda eorū. Fides em̄ expellit oēz inordinatū amorē: honorū vel cie⁹: z diuitiarū. Hebr. xj. Fide moyſes grandis effectus negauit ſe esse filiū filie pharaonis ecce per fidē cōtēptus bonorū. Magis eligēs ſe affligi cū ꝓpło dei ꝛc. Ecce ꝓtēpt⁹ ꝺlicia⁹. Maiores diuitias eſtimās theſauro egyptiorū i ꝓperiū xp̄i, ecce contēpt⁹ diuitiarū. Tertio aduenit timor q̄ cor ſibi depoſitū z ſic purificatū hz munire ne viteri⁹ aliq̄ imūditia ingrediant. Est em̄ tanq̄ ſpeculator q̄ a lōge in ſidias cōſiderat z vitat. Eccl.xxv. Timor dñi ſup oia ſe ſuppoſuit. Est tanq̄ ianitor q̄ cōtra pctm̄ oſtiū clauſum tz. Prouerbio. xv. Per timorē dñi declinat ois hō a malo imo ſi intrauit ſtatim expellit. Eccli.j. Timor dñi expellit pctm̄. Nā q̄ ſine timore est nō poterit iuſtificari. Est aūt magnū periculuz q̄ iſte ianitor dormit. Juxta illud Eccleſi.vij. Si nō in timore dñi tenueris te inſtāter. cito ſubuertet dom⁹ tua. Iſte timor ēt ciues cuſtodit ne diuiſio ſubintret. Aug. de ciui. dei. Scipio volebat carthaginē emulā romani imperij virui z decernēti vt diruet ꝓtradſerit Catho. Timēs infirmus anim⁹ hoſtiū ſecuritatē z idoneū tutorē videſ eſſe terrorē. Quarto accedit dilectio q̄ cor diſpoſitū: purificatū: z munitū hz gratificare. Sme hac em̄ ea q̄ facere mus deo grata nō eſſent. vt habet. j. Corin. xiij. Nec ea q̄ facerem⁹ q̄tum ad deū, ſicut deū laudare. Uñ dicit. Si linguis hominū loquar z angelo⁹: id est ſi laudauero deū ſicut laudāt angeli z beati: charitatē aūt nō habeā fact⁹ sum velut es ſonans: z cymbalū tinniēs. Nec ea que facerem⁹ q̄ ad primū ſicut eleemoſynas dare, vñ ſubdit. Et ſi diſtribuero i cibos pauperū oēs facultates meas: charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdeſt nec ea que

faceremus quo ad nos, sicut corp⁹ mortificare vel morti exponere. vñ subdit. Et si tradidero corpus meū ita vt ardeam ⁊c. Quinto accedit humilitas que hz oia supradicta custodire, qz sicut dicit Greg. q̄ ceteras virtutes sine hūilitate cōgregat quasi qui puluerē aīe vētū portat. Est em̄ humilitas sicut cinis, fundamētū: ⁊ radix Sicut em̄ cinis custodit ignē: sic humilitas gram spūalē. Eccli.x. Quid superbis terra ⁊ cinis? Et sicut fundamentū quāto magis profundat tāto magis edificium stabilitat. Et sicut arbor ⁊ quāto magis radices profundius fixerit: tanto firmior erurgit sic ⁊ humilitas quāto fuerit profundior tanto anima in gratia dei erit solidior. Augu. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis de fundamēto cogita hūilitatis. arborē attende. figit radicē in hūili: verticē tendit ad celū: si sine radice auras petit: ruina est nō incrementum ⁊c.

¶Sermo tertius.

Filia mea modo defuncta est. Quid significent tres mortui q̄s xp̄s suscitauit ostēdit Aug. in lib. de sermone dñi in mōte. Peccati tres sunt differentie: scz in corde: in facto: ⁊ cōsuetudine. Et subdit. Una est q̄si in domo: sicut puella q̄ in corde cōsentit libidini. Alia iam prolata extra domū. pcedit scz vidue filius q̄ in factū. pcedit cōsensus. Tertia q̄si cōsuetudine mala tanq̄ mole terrena premitur animus q⁹ tunc in sepulchro est iam fetens sicut lazarus. qz igitur ista puella significat p̄mā differētiā peccati, put est in aīa. ideo debet quilibet rogare ⁊ dicere. dñe filia mea. i. aīa mea mō defuncta est ⁊c. Sz vr esse cōtrarietas inter Matthēū, Marcū ⁊ Lucā. Matthe⁹ dicit q̄ pater dixit q̄ filia mortua erat. Marci. v. dr q̄ pr puelle dixit filia mea iacet in extremis. Luc. viij. dr q̄ hec moriebat. Sed dicēdū q̄ pater q̄si recessit a filia iam moriebat. Q̄n vero veniebat ad xp̄m presupponebat q̄ esset mortua. ⁊ ideo vtriq; potuit dicere. ⁊ q̄ dimiserat eam in extremis, ⁊ q̄ credebat q̄ esset mortua. Aug. de sensu euāgeliste dr q̄ pater puelle volebat q̄ dñs ad eā veniret quādimiserat in extremis, vt dum esset mortua eā sanaret. Si vero esset mortua: q̄ quidē credebat eam resuscitaret. Matthe⁹ igit posuit verba mortis. Marc⁹ hba oris. Et subdit Aug. rem necessariam discimus nihil in cuius verbis debere inspicere nisi voluntatē debēt hba seruire: nec mētiri quēq̄ in verbis dixerit, q̄ ille voluit cui hba dixit. Per istā igit filiā defunctā significat aīa p peccatū mortua de qua ponunt tres status preuaricatiōis ⁊ status iustificationis. Status preuaricatiōis notat cū dicit Filia mea mō defuncta est. Assimilat autē peccatōr mortuo triplici de causa. Primo pter fetorē. Sicut em̄ mortu⁹ fetet: ita peccator: sez loc⁹, calor, ventus, ⁊ tps. Locus q̄si sez cadauer est in loco alto tunc fetor magis diffundit: ⁊ signat superbiam. Calor cōsumit cadauer deo ⁊ angelis fetet. Johel. ij. Ascēdet fetor eius ⁊ ascēdet putredo eius quoniam superbe egit. Sēdm est calor q̄ magis fetet fetor cadaueris in calore q̄si frigore. Ventus signat carnalē cōcupiscētiā q̄ cōsumit. Esaie. xxxiiij. De cadaueribus eorum ascēdet fetor. Tertiū est vētus q̄ fetorē ad lōginquas ptes defert. Et signat detractionē q̄ semp hz in ore fetorē. ps. Sepulchrum patēs est guttur eorū linguis suis dolose agebāt ⁊c. Tūc fetorē ad inferi venit dicit: q̄si alior⁹ defectus refert. Quarto tps diuturnitas: q̄ quāto magis tempus cadauer diuturnū tāto magis fetidū. Significat peccātū cōsuetudinis. Johel. j. Computruerūt iumēta in stercore suo. Sēdo peccator assimilat mortuo ppter oblionem. Oblioni dat⁹ sū tāq̄ mortu⁹ a corde. Ideo igit peccātor oblit⁹ fuit dei in mūdo: iō peccator oblisceī⁹ i inferno. Ozee. iij. Oblitus est legis dei tui: obliuiscar tui ⁊ ego. Jō infern⁹ dr i terra obliuiōis. Effectū terra vbi est cognitio apta: scz terra pegrinātiū. Alia ē vbi est cognitio obscura: scz terra mundi nūc p speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē. Est ēt terra vbi oblitio est tua: scz moriētiū. Nā dr eor⁹ obliuio perit ad effectū mie. Job. xxiiij. Obliuiscat eī⁹ mia. Et ipsi obliuiscunt dei q̄si ad spē

nense. Mich. j. Desperata est plaga eī⁹. Et vnusq̄sq; obliuiscit suūpsi⁹ ppter immēsitatē pene. Vñ Aristo. cuidā discipulo suo apparuit dicēs q̄ totā scientiā suā oblitus est: ⁊ nihil aliud sciebat nisi penā suā. Tertio assimilat mortuo ppter vermiū corrosionē. Habet em̄ tria gña vermiū. Primus est remorsus cōscientie: q̄ ēt in inferno nō morit. Esaie vlti. Vermis eor⁹ non morietur. Ambr. Que pena grauior q̄ interna⁹ vita⁹ p̄scientie. Nōne hoc magis fugiē dū est q̄ mors: q̄ dispēdiū: q̄ exiliū? Alij vermes sunt ipsa vitia ⁊ petā. De q̄bus dr Psal. xxxiij. Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiē, hoc quātū ad luxuriā. Lamia sicut dicit Glo. hz pedes caninos: ⁊c. femina. Luxuriosus em̄ ⁊ in petā currit et sepe ad vomitū redit: ⁊ marie q̄n catulos suos. i. delicias nutrit. Treno. iij. Sz ⁊ lamie nudauerūt mammas: lactauerūt catulos suos. Sequit. Ibi habuit foueā ericij: hoc q̄ tū ad auaritiā. Ericius est aial spinosum ⁊ let significat auarū. ppter auricietates spinosas. Dicit aūt Isido. q̄ ericius sup vitē ascē dit ⁊ vuas ad terrā excutit ⁊ postmodum descēdēs sup eas se inuoluit: que spinis vndiq; infigunt: ⁊ sic escā catulis suis portat. Spine auarorū sunt astutie eorū quibus pauperes pungūt. q̄ quas etiā bona ipsorū rapiūt. ⁊ filijs suis tribuūt. Sequitur. Illic cōgregati sunt milui: alter ad alterū. i. ad inuicē ad inuicem. Milui em̄ insidiant auibus domesticis ⁊ maxime pullis pardis ⁊ pauperū bona rapit. Et vt possit alios fecū adiūgit. Ideo dicit. Alter ad alterū. Alij vermes sunt quedā petā q̄ nullā habēt delectationē: sed aiam cruciant: sicut ira cundia tristitia: ⁊ inuidia. Nā ira cundia vitam diminuit. Eccli. xx. zelus ⁊ ira cundia diminuit dies. Tristitia ossa cōsumit. Prouer. xvij. Spiritus tristis exiccat ossa. Inuidia ossa putrefacit. Prouer. xiiij. Putredo ossiū inuidia. Sēdo ponitur status iustificationis que significat in istius puelle resuscitatiōe. Ad resuscitationē autem spiritualē quedam cooperantur: quedam dispōnunt ⁊ quedam ostendūt. Cooperātur quidem sanctorum orationes: quod significatur per hoc quod dicit q̄ pater q̄ dicebat Jayrus vt dicit. Marc. v. p ipsa rogauit. Jayrus interpretat illuminans ⁊ signat eccl̄m sanctorū quis deo illuminanti sunt ⁊ alios illuminant. ps. Illuminans tu mirabiliter a mōtib⁹ eternis. Si enim sancti p peccatorib⁹ orabāt dū essent in miseria multo magis mō dū sunt in glia: cū eorū charitas non sit diminuta: sed augmentata. Bern. Orant pro nobis sancti patres: qz illa beata patria charitatē eorū nō minuit sed augmentauit. Sācti etiā dum erāt in hac vita de sua adhuc salute erāt solliciti: nō adhuc p peccatorib⁹ orabāt. Nūc aūt de sua salute sunt securi: ⁊ iō de nra totaliter possunt esse solliciti. Juxta illud. ij. Petri. j. Dabo aūt operā: et frequenter habere vos p obitū meum ⁊c. Sunt etiā sancti juxta speculum eternitatis in quo clare vident miseriā nostre penalitatis, ⁊ ideo monentur ad effectū pietatis. Bern. Si sancti dū adhuc viuerent miserti sunt petōrib⁹: qz pro eis orauerūt tunc tanto amplius q̄to veri⁹ nr̄as agnoscent miserias, p nobis intercedūt. Sēdo videndū est que sint illa q̄ disponūt ad spiritualē resuscitationē. Que q̄dē sunt tria. Primus est vtilitatē sue originis recognoscere q̄ notatur p hoc q⁹ xp̄s ad illam ⁊ resuscitationē assumpsit patrem ⁊ matrē illos scz de quib⁹ dicit Job. xvij. Putredini dixi pater me⁹ ⁊ mater mea. Talis em̄ cōsideratio hūilitatē inducit. Michee. vj. Humiliatio tua i medio tui. Bern. dicat, nō solū habes causam humilitatis ex his q̄ sunt supra te vbi habes iudiciū dei. ps. Judicia tua abyssus multa. Non solū ex his que sunt infra te: vbi habes tormēta inferni. Eccli. vij. ca. Humilia valde spiritū tuū q̄m vindicta carnis ipius ignis ⁊ vermis. Nō solū ex his q̄ sunt extra te vbi habes pericula mūdi. prime Joh. ij. Mund⁹ totus in maligno posit⁹ est. Sed etiā ex his que sunt intra te ⁊ i medio tui. Sap. j. Corpus q̄ corrūpitur aggrauat aiam. Secūdum dispositiū est gaudiū mūdi excludere: q̄ notat per hoc q⁹ xp̄s tibicines cantantes carmē lugubre insit exire. Carmē lugubre est gaudiū mūdi. Amos. viij. Cōuertam festiuitatem vestram in lamentum ⁊ gaudiū vr̄m in luctū. Presens enim vita

est vigilia: exilū: et stadiū. Ut sic de vigilia veniat ad festū eterne solēnitatis. De exilio ad patriā celestis hereditatis. De stadio ad ociū eterne ḡtis: sz̄ mali faciūt festū de vigilia: de exilio patriā de stadio ociū. Et iō in futuro semp erūt i vigilia qz̄ semp erūt tristes z̄ ieiunātes semp i exilio qz̄ a celesti patria semp erūt exules: semp in stadio: qz̄ de pena i penā semp erūt currētes et in tormētis laborātes. ps. Labo rabit i eternū et viuet adhuc i finē sz̄ beati semp erūt in patria i letitia: z̄ i ḡte eterna. Tertiū dispositiuū est turbaruz tumultū vitare: qđ signat p hoc q xps turbam eiecit. Seneca. Socrati z̄ Scipioni z̄ Lelio honestatē exculteret dissimilis multitudo. Idē. Quotiēs cū hoīb⁹ habitauī minor hoīe redij. Interrogat⁹ q̄dā philosophus q̄d esset hoī inimicissimū: rñdit alter hō. In vita patrū dicit q̄dā senex. Q̄n moyses intrabat in nubē loquebat cum deo: q̄n exibat loq̄bat cū populo: sic monachus q̄n est i clausto loquit cū deo: q̄n exit ad turbas loquitur sepe cū diabolo. Tertio vidēdū est q̄ sunt illa q̄ ostēdūt resuscitationē esseverā. Que quidē sūt tria. Primū est velox resuscitatio. Fātastice em̄ et magice resuscitati non surgūt velociter sz̄ mō mouent pedes: mō man⁹ mō caput. Illi ño q̄ veraciter suscitant cōtinuo surgunt. Ideo dr̄ de ista puella. Lu. viij. Surrexit cōtinuo. Et de lazaro. Johā. xj. Statim pdūxit q̄ erat mortuus. Peccatū hz̄ caput sz̄ malā suggestionē z̄ cōsensum. habet man⁹: sz̄ malum opus: hz̄ pedes: sz̄ malā cōsuetudinē q̄n q̄s de peccato i peccatū currit. Prouer. j. Pedes eoz ad malū currūt. Sunt igit q̄dā qui petm̄ dimittūt ḡtū ad cōsuetudinē: qz̄ nō tta sepe peccāt illi resuscitant in pedib⁹. Deide dimittūt opus: isti resuscitant in manib⁹. Tandē dimittūt cōsensum: isti suscitant in capite. Sz̄ q̄ veraciter suscitātur statim dimittūt peccatū: z̄ ḡtū ad cōsuedinē z̄ ḡtū ad opus z̄ ḡtū ad cōsensum z̄ suggestionē. Scōm signū est fortis ambulatio. Fātastice em̄ suscitati non pñt ire nisi p aliqs passus: dicit em̄ Petr⁹ alfonsus q̄ nō pñt ire nisi tm̄ ḡtū extēditur vmbra corporis sui. Veraciter autez suscitati vadūt libere sicut prius. Ut autē ostēdatur q̄ ista puella fuit veraciter suscitata dr̄. Mat.v. Cessa turbā respexit. Respect⁹ em̄ ille signat respectū paterne miē: quē respectū prophe ta petebat dicens. Respice in me et misere mei. Idē. Quō miserē pater filioz̄ miseretur est dñs timētibus se. Et subdit ratiōnē causam quare sic miserē. Una sumit per principiū q̄ de vili z̄ fragili materia facti sumus. Ideo dicit. Q̄n ipse nouit figmētū nostrū. Scōa ponit a pte finis: q̄ licet in cinerē redigēdi sum⁹: z̄ iō subdit. Recordatus est q̄n pulvis sum⁹. Tertia sumit a parte medij: q̄ sz̄ instabilē vitā habem⁹. Iō subdit. Hō sicut fenum etc. Nā ad instar feni z̄ floris hō: mō viresceit in iuuētute: mō arescit in senectute: mō floret in sanitate modo aret infirmitate: mō putrescit in morte. Scōo gerit psonā amici familiariter colloquētis in hoc q̄ tā familiariter cū Philippo locut⁹ fuit dicēs. Unde ememus panes? etc. Joh. xv. Jā nō dicā vos seruos sed amicos q̄ oia q̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Quod autē sequit. Hoc autē dicebat tentās eum: ut q̄ null⁹ secreta sua amico cōmittere debeat nisi prius eū tētet. i. pbet. Eccle. xj. Nō omē hoiem in ducas in domū. i. in cor tuū multe em̄ insidie sūt dolosi. Eiusdē. vj. Si possides amicū in tētatiōe possideat illū: et nō facile credas ei tei ipsum. Ad pbationē autē nō dz̄ de facili seipsum sibi credere: sz̄ ipsum tētauit. i. probauit z̄ fidelem inuenit dz̄ secure sibi seipsum cōmittere. Ut legit de alexādro: q̄ cū philippus eius medic⁹ z̄ pbatus amic⁹ medicinā sibi daret superauerunt litere ab emulis missē cōtinentes philippū in medicina venenū admiscuisse: quas cū alexāder legisset medicinā pij hausit z̄ postea litteras dedit philippo. Legēdas ducam quā de ipso habebat malū de ipso suspicari nō poterat. Q̄ etiā dicit tantus ēs videt esse contrarius ei qđ dr̄. Jo. j. Deus em̄ neminē tētat. Sed dicēdū q̄ aliter tentat diabolus: aliter hō: aliter de⁹. Diabolus em̄ tētat vt decipiat. j. pe. vlti. Aduersarius videt diabolus tāq̄ leo rugiēs circuit querēs quem deuoret etc. Hō tētat vt pbet z̄ agnoscat. Ecclesia. xlij. Ex multa loq̄la tētabit te. Deus tētat vt tēta tū a seipso et ab aliis cognosci faciat.

Cum sublevasset oculos iesus et vidisset q̄ multitudo maria venit ad eū etc. Johā. vj. Sicut dicit Aug. sup Joh. Litteras quidā chias et bene formatas aliter laudat illa primus laudat figurarū pulchritudinem. Alius sensus profunditatem. Sic etiam aliter laudatur pictura aliter scriptura. Laus autē scripture maxime est in sensu interiori. Eodem mō miracula xpi aliqui pretendūt exterius aliud cōtinēt intus. Nā exterius pretendūt admirationes vt parvuli ed. ficent. Interius cōtinent mysteria vñ pfecti exerceant. Habēt em̄ ipsa miracula vt ibidē dr̄ Aug. linguas suas. Nam q̄ xps est dei verbū ideo etiā facta verbi est nobis dei verbū. Mystice ergo loquēdo xps in hoc euāgelio quadruplicem gerit psonā. primo gerit psonā misērentis in hoc q̄ oculos sublevauit et turbā respexit. Respect⁹ em̄ ille signat respectū paterne miē: quē respectū prophe ta petebat dicens. Respice in me et misere mei. Idē. Quō miserē pater filioz̄ miseretur est dñs timētibus se. Et subdit rationē causam quare sic miserē. Una sumit per principiū q̄ de vili z̄ fragili materia facti sumus. Ideo dicit. Q̄n ipse nouit figmētū nostrū. Scōa ponit a pte finis: q̄ licet in cinerē redigēdi sum⁹: z̄ iō subdit. Recordatus est q̄n pulvis sum⁹. Tertia sumit a parte medij: q̄ sz̄ instabilē vitā habem⁹. Iō subdit. Hō sicut fenum etc. Nā ad instar feni z̄ floris hō: mō viresceit in iuuētute: mō arescit in senectute: mō floret in sanitate modo aret infirmitate: mō putrescit in morte. Scōo gerit psonā amici familiariter colloquētis in hoc q̄ tā familiariter cū Philippo locut⁹ fuit dicēs. Unde ememus panes? etc. Joh. xv. Jā nō dicā vos seruos sed amicos q̄ oia q̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Quod autē sequit. Hoc autē dicebat tentās eum: ut q̄ null⁹ secreta sua amico cōmittere debeat nisi prius eū tētet. i. pbet. Eccle. xj. Nō omē hoiem in ducas in domū. i. in cor tuū multe em̄ insidie sūt dolosi. Eiusdē. vj. Si possides amicū in tētatiōe possideat illū: et nō facile credas ei tei ipsum. Ad pbationē autē nō dz̄ de facili seipsum sibi credere: sz̄ ipsum tētauit. i. probauit z̄ fidelem inuenit dz̄ secure sibi seipsum cōmittere. Ut legit de alexādro: q̄ cū philippus eius medic⁹ z̄ pbatus amic⁹ medicinā sibi daret superauerunt litere ab emulis missē cōtinentes philippū in medicina venenū admiscuisse: quas cū alexāder legisset medicinā pij hausit z̄ postea litteras dedit philippo. Legēdas ducam quā de ipso habebat malū de ipso suspicari nō poterat. Q̄ etiā dicit tantus ēs videt esse contrarius ei qđ dr̄. Jo. j. Deus em̄ neminē tētat. Sed dicēdū q̄ aliter tentat diabolus: aliter hō: aliter de⁹. Diabolus em̄ tētat vt decipiat. j. pe. vlti. Aduersarius videt diabolus tāq̄ leo rugiēs circuit querēs quem deuoret etc. Hō tētat vt pbet z̄ agnoscat. Ecclesia. xlij. Ex multa loq̄la tētabit te. Deus tētat vt tēta tū a seipso et ab aliis cognosci faciat. Juxta illū. Genes. xxij. Tētauit de⁹ abraham. etc. Et sequit. Nūc cognouī. i. cognoscere feci q̄ timeas deū. Sed videt q̄ de turba pascēda xps non debuit requirere philippū sed iudā qui loculos portabat. Sed dicendū q̄ philippus oriund⁹ erat de patria illa. i. galilea: z̄ ideo notus fuerat turbis, z̄ ppter hoc de turbis pascendis magz̄ erat sollicit⁹. Et cū dicat. Mat. xiij. Uespere aūt facto accesserūt ad eum discipuli dicētes. Desertus est loc⁹ et iam preterijt hora: dimitte turbas vt eūtes in castella emant sibi escas. Credēduz est q̄ philipp⁹ inter eos erat q̄ xpm magis sollicitabat, z̄ ideo xps philippū req̄sinit dicens. Uñ ememus panes? etc. Tertio xps gerit personā dñi potēter operātis i hoc q̄ quinq̄ milia hoīm inde satiauit: exceptis mulierib⁹ z̄ parvulis: vt dicit Matt. xiij. Hoc enim fuit potētie infinite. Voluit quidē deus vt dicit Aug. sup Joh. notitiā sui dare humano generi: sed q̄ nō poterat ab oīb⁹ videri oculis corporalib⁹ voluit se manifestare ostensis miraculis. Iō in prima creatiōe miracula multa fecit: interq̄ vnū fecit q̄ terrā segetes pduceret fecit. Sed q̄ ista miracula ex assiduitate vi luerunt: igit xps aduenies multa alia miracula fecit pter visitatū cursum ordinēq̄ nature non quia sunt maiora: sed quia magis insolita. Et subdit Aug. Maius enim miraculū est gubernatio totius mūdi q̄ saturatio quinq̄ milliū hominū de quinq̄ panibus z̄ tamē hoc nemo miratur. Illud mirantur hoies: non q̄ maius est sz̄ quia rarū est. Idem. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes z̄ cetera bladа: ide multiplicauit i manib⁹ suis quinq̄ panes Potestas enim erat in manib⁹ xpi panes autē illi quinq̄ quasi semina erāt non quidē terre mādata: sz̄ ab ipso qui terraz fecit multiplicata. Quamuis aūt Christo tam facile fuisset panes de nouo creare sicut iam factos multiplicare volebat tamē iam factos multiplicare vt cōfunderet hereticos quos sciebat esse dicturos: omnia visibilia a diabolo esse creata. Cū em̄ dicatur. pme Joā. iij. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli. Sed si illi panes a diabolo fuissent facti xps eos nō multiplicasset: sed potius destruxisset et

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝯ.illos denouo creasset. Jsti quinq; panes ꝑñt intelligi quinq; considerationes que mentem reficiūt. Quorū q̄dā cōficiuntur ex farina tota amara: quidam ex amario rū quidam ex amarissima: quidā ex farina tota dulci: quidā ex farina partim dulci ꝛ partim amara. Primus est panis ꝓpassionis. Jste cōficit ꝛ efficit de farina amara. i. ex miseriis primoꝝ. De quo dr Thob. ij. Manducauit panes in luctu et tremore rememorās illū sermonē quem dixit dñs per amos prophetam dies festi vestri conuertentur in luctum. Secūdus est panis afflictionis q̄ cōficitur ex farina amarioꝛi. i. ex consideratione passiōis xp̄i. De quo dicitur. Deut. xvj. Septez diebus comedes absq; fermēto afflictiōis panes. Jlle panē afflictiōis comedit qui considerando dñi nr̄i iesu xp̄i passionē corde ꝛ corpore se affligit: corde cōdolendo: corpore se mortificādo. Sz dz comedere sine fermēto malitie ꝛ neq̄tie. Cū fermēto nequitie comedunt heretici q̄ dicūt christū nō verefuisse passum. Cū fermēto malitie comedūt mali christiani q̄ fidē habēt: sz opa nō habēt. Debet igitur comedere sine fermēto. i. cū fide vera ꝛ operatione bona. Et dicitur q̄ comedebāt septē diebꝰ q̄a septē effusionibus sanguinis dñi nostri iesu xp̄i debemꝰ esse intenti. Quarū due fuerūt in duabus manibus et alie due in duobus pedibus. Quinta in toto corpore q̄ fuit flagellatꝰ. Sexta in capite q̄ spinis fuit coronatus. Septima in latere q̄ fuit lāceatꝰ. Tertiꝰ est panis tremoris q̄ cōficit ex farina amarissima. i. ex cōsiderati ōe penarū infernaliū. De quo dr. Ezech. xij. Panē tuū in cōturbatiōe comede. Multū em̄ dz timere ꝛ conturbarī qui considerat ponam inferni. Job. xxj. Cum recordatus fuero pertimesco: ꝛ contrahit carnem meam tremor. ꝑs Timor et tremor venerūt sup me: ꝛ ꝓtexerūt me tenebre. Nec mirū q̄a ibi comedet panis amarissimꝰ ꝛ venenosus. Job. xx. Panis eiꝰ vertet in vtero illiꝰ: i. fel aspidū intrinsecꝰ. Quartꝰ est panis deuotiōis qui cōficit ex farina tota dulci. i. ex cōsideratione celestiū gaudiorū. De quo dr in ꝓ. Fuerūt mihi lachrymē mee panes die ac nocte ꝛc. nihil em̄ sanctis viris in hac vita dulci ꝙ lachrimis deuotionis pasci. Esa. xvj. Inebriabo te lachrymis meis. Scite eleemosynā ꝛ ecce omnia mūda sūt vobis. Sed dicitur de auaro. Job. xx. Nō remāsit de cibis eiꝰ ꝛ propterea nihil remanebit de bonis eius. ꝑs. Saturati sunt filiis ꝛ thi reliquias nō dederunt i. famulis suis. Uel deus saturauit eos filiis. i. multis diuitiis ꝛ in morte nihil dimisit egenis: sz reliquas suas. i. diuitias q̄s hic reliquūt ꝛ secū portare nō ꝑt dimiserūt paruulis suis. i. filiis ꝛ nepotibꝰ suis.

Sermo secundus.

Eam subleuas set oculos iesus ꝛc. Scriptura sacra hz duplicē intellectū: scz literalē ꝛ mysticū. Et ꝛō assimilat fauo mellis: spr̄ dr Aug. de ꝑbis dñi. Qñ possumꝰ de diuinis operibꝰ q̄ legunt intellectum alicuius spūalis significatiōis exculpere: quasi de fauo xp̄i discipulos imitātes spicas manibus fricamꝰ: vt ad latētia grana. i. spūa ꝑba queniamꝰ. De tertio dicit Greg. in moral. Cum verbū sacri eloquii q̄ per narrationē litere frigida tenētur: si quis intellectu pulsauerit: deꝰ ignē ꝓducit vt in eius verbis animꝰ ardeat q̄ prius per literā frigidaz tenebat. Educamus ergo de ꝓsenti euāgelio mel quo dulcemur: granū q̄ nutriamur ꝛ ignem quo accēdamur. In hoc quidē euāgelio multa genera hominū informātur. Primo cōsideratiōq; notat in hoc q̄ iesus oculos sublimauit. Debēt em̄ subleuare ad deū oculū intellectus ꝑ meditationē: ꝛ affectꝰ ꝑ devotionē. Eccli. ij. Sapiētis oculi in capite eius. Illi enim qui sunt celestia sapientes debēt habere in christo capite oculuz intellectus ꝛ affectꝰ. Refert Aulus gelliꝰ q̄ democritꝰ philosophꝰ oculos sibi eruit. Et huius causa triplex ab alijs philosophis assignatur. Prima q̄ visus ipsum a meditationibus interioribꝰ impediebat.

Scōa quia mulieres sine cōcupiscētia videre nō poterat. Tertia quia malos flores nimis ipatiēter videbat: ꝛ sica sua philosopia eū impediebat visio rerū sensibiliū ꝛ visio rerū delectabiliū: ꝛ visio rerum sublimium. Eodē modo impeditur q̄s ne oculos subleuet ad deum. Primo quando quis nimis occupat circa sensibilia. i. circa terrenas diuitias: q̄ tunc oculus fedatur pluuere auaricie. ꝑs. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Scōo quando occupat circa delectabilia. i. circa carnales delicias: quia tunc oculus excecat igne cōcupiscētie. ꝑs. Supercecidit ignis ꝛ non viderūt solem. Tertio quādo occupat circa sublimia. i. circa ambitiōes mūdanas quia tūc obscuratur fumo ſuperbie. Apo. ix. Ascendit fumus putei byssi ꝛ obscuratus est sol ꝛ aer: ꝛ de fumo putei exierunt locuste. Jste fumus infernalis est ſuperbia que primo ascendit in celum: ꝛ ibi obscurauit solē. i. angeluz. Deinde descēdit in aerē. i. in paradisuz terrestrem: ꝛ ibi obscuranit primos parentes. Aer em̄ sicut dicit Jsidorus partim ad celestem: ptim ad naturam terrenam pertinet. Sic paradisus terrestris medi⁹ est inter celestem ꝛ terrestrem regionem. Deinde ipse fumus superbie descendit de paradiso terrestri: ꝛ venit in mundum: ꝛ ibi generauit locustas. id est lōgas hastas: id est superbos q̄ nō solū de ꝓpe sed etiā de longe feriūt. Secundo informantur actui vt operibus misericordie insistāt: in hoc scilicet q̄ dominus turbā pauit dedit nobis exemplum vt operibus misericordie insistam⁹. Et licet hoc sit laboriosum est tamē multū fructuosum. Distinguit em̄ Grego. in moral. sup illud Job. vij. Habui menses vacuos ꝛ noctes laboriosas enūcrauī mihi: q̄ sūt quedam opera vacua ꝛ laboriosa: quedā vacua sed nō laboriosa: quedā laboriosa sed nō vacua. Pati enim aduersa ꝓ mūdo est laboriosum: sed tamen vacuum: q̄ nulla rer tribuitur est dignū. Sap. v. Lassati sumus in via perditionis ꝛ iniquitatis ꝛ ambulauim⁹ vias difficiles. Resolui autē delicijs est quidem vacū sed non laboriosum. Jbidem. Quid nobis ꝓfuit superbia: aut quid diuitiarū iactātia cōtulit nobis: trāsierūt omnia tanq̄ vmbra. Pati

vero propter xp̃m vel pietatis opera exercere: est quidem laboriosum sed nō vacuū: imo valde fructuosum. Sap̃.iij. Sonorus labozum gloriosus est fructus. Tertio informant prelati vt in corrigēdo debitā formā teneāt: in hoc scz q̄ xp̃s dedit turbis panes ordeaceos z pisces z ipsos diuisit. In panib⁹ ordeaceis asperitas: in piscib⁹ dulcedo: in diuisione discretio notatur. Et per hoc datur intelligi q̄ prelati quosdaz debent corrigere cum seueritate quosdaz ammonere cum amoris lenitate omnes autem cum discretione. Eccl̄s.xū. Verba sapientū quasi stimuli: z quasi claui in altum defixi. Stimul⁹ superficialiter pūgit clau⁹ defixus in altū. i. in profundū fortiter penetrat: vterq; adhibendum est sapienter. Ideo premittit verba sapientum. Prelati eñ quibusdā debent adhibere superficiales correctiones sicut manuetis. Quibusdā pfundas obiurgationes sicut supbis. Oibus tñ cū discretione qz in omni sacrificio sal discretionis offertur. Quarto informātur subditi: vt sensualitatē restringant: qō notatur in hoc q̄ discubuerunt superfenū. Per fenum enim caro intelligitur. Esa.xl. Omnis caro fenū: est eñ sensualitas cecat ideo vicit animam pervia periculosam. Eccl̄.xviij. Si prefles anime tue cōcupiscētiam eius faciet te venire in gaudium inimicis tuis. Est ale inimica. Bala.v. Caro concupiscit aduersus spm̃. Est indomita z la sciuis nisi a deo castigef. hier.xxxiij. Castigasti me z eruditus sum quasi vitul⁹ vel iuuencalus indomitus, qz igitur est ceca debet ipsam ratio pervia rectam ducere: quia est in anime inimica debet ipsam potēter ferire qz est lasciua debet ipsam in seruitutē redigere. j. Cor.ix. Ego aūt sic curro nō quasi in incertum: ecce quia sensualitatem suam per viam certā ducebat. Sic pugno non quasi aerem verberās: ecce qz potenter feriebat. Sed castigo corp⁹ meū ꝛc. ecce quia ipsam in seruitutem redigebat. Quinto informantur predicatores vt verba que populis predicāt: non a seipsis sz a deo se habere recognoscant quod notatur p hoc quod dr. Mat.xiiij. q̄ xp̃s dedit discipulis panes z discipli turbis. Pector qui dem est vulneratus: semiuiuus. z spoliatus vt habetur Luc.x. de illo qui incidit in latrones. Predicatores eñ debent animū vulneratum sanare medicinis oronum: q̄ enim oratio sanet dicitur. Jacob.v. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie: vt orent super eum z oratio fidei salnabit infirmum ꝛc. Debet animā semiuiuā nutrire pene doctrine. Matiij. Non in solo pane vivit homo. ꝛc. Debent animam spoliatam inducere vestimentis virtutum de quibus dicitur ad. Rom.xiij. Abūciamus opera tenebrarū z induamur arma lucis ꝛc. Et tamen q̄ predicatores vulneratos sanant vel semiuiuos nutriunt: vel spoliatos induunt: nō a se fidē xp̃o habent. Unde quilibet predicator debet dicere. Esa.iij. Non sum medicus neq; ad primū. Nec i domo mea est panis: neq; ad secundum. Nec vestimentū: quo ad istum. Sexto informantur auditores vt quis aliqua audiunt que capere non possunt nec negligant sed in cophino memorie recondant. Hoc notatur in hoc qō xp̃s dr. Colligite q̄ supera. frag. ne pereant. Sepe enim difficultas in sacra scriptura accidit tribus de causis. Unde dicit Hieronimus. Ignosce obscuritati: que tribus modis fit: aut rerum difficultate: aut imperitia aut discētis nta tarditate. Quis igitur quis non potest aliquid capere sine quia illud in se est nimis difficile sue quia illud in se est nimis difficile sine illo qui docet nesciat bene exponere: sine illo qui audit est ad intelligendum durus. Et tamen illud negligat: sed in memoria recondat: z suo tempore peritiores consulat sicut faciebant discipuli qui quando a xp̃o occultas parabolas audiebant: ab ipso postea requirebant. Unde dixit ei petrus Matth.xv. Edisce re nobis parabolā istā. Septimo informantur benefactores vt beneficia sua maxima impēdēt illis qui sunt in maiori indigētia z necessitate, quod notatur per hoc q̄ xp̃s turbam satiauit: que vsq; ad vesperā ieiunauerat: z cibos alibi habere nō poterat. Nam sm̃ Ambr. in libro de offi. Beneficiū debem⁹ dare paueri indigenti potius q̄ diuiti trib⁹ de causis. Primo propter mal⁹ meritū. Luc.xiiij. Cum facis conuiuium noli vocare diuites ne forte z ipsi te reinuitent: z fiat tibi retributio. ꝛc. Secundo propter maius debitū. pauperes enim se obligatos reputāt illis qui bene eis faciunt. Diuites autem reputant se prestare gratiam illis a quibus beneficia recipiūt. Tertio ppter maius p̃cium. Pauperes enim laudāt illos quibus eis fecerunt. Diuites vero non laudant sed nec gratias agunt: imo verecundātur cōfiteri se beneficium recepisse. Octauo informātur benefactoribus gratias agant: qō notatur per hoc quod dicitur Jlli autem homines cum vidissent quod fecerat signū dicebāt. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundū. Quod est contra illos qui beneficia nō recognoscunt nec gras agunt: sed statim obliuiscuntur. Beneficium enim aut a paupere Beneficiuz singulare obliuiscit potest esse singulare: aut cōmune: aut datū domo de facili. Simonides philosophus interrogatus quid inter homines facile cō senesceret respondit beneficium. Seneca. Memoria beneficiorum labilis: iniuriarū vero tenax est. Beneficiū vero omne obliuiscitur homo facilius: quia scilicet dicit confuent Qui seruit communitati: seruit nulli. Beneficiuz autē a paupere impēsum obliuiscitur hō facillime: Unde dr. Eccl̄s. Da sapientiam liberauit q̄ null⁹ deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

¶ Sermo tertius.

Tautē impleti sunt per istā refectionē xp̃i quaoēs impleti sunt intelligit celestis refectio vel erit plena satie tas atq; repletio. Tria autez sunt loca: scz mūd⁹, infern⁹, z celū. In mūdo nō est satietas aliqua in inferno est fames ppetua. In celo est satietas plena. In mundo quidem est cibus materialis z spiritualis: tamen neuter istorum satiat. Cibum autem materialem z corpozalez deus diuersimode homini preparauit sm̃ diuersum statum ipsi⁹. In primo enim statu: scilicet ante peccatū. Deus dedit homini in cibum fructus arboris: Et iste cibus cōpetebat innocētie. Deinde aūt tunc sibi tria genera fructū. Unū quo nutrietur. Alium quo in vita cōseruaretur Tertium quo probaretur. De isto tribus de huiusmodi omne lignum pulchrū visu ad vescendū suaue quo ad primū. Lignū etiā vite in medio paradisi: quo ad secūdū. Lignum quoq; scientie bom ac mali quo ad tertiū. Secundo homini in cibuz dedit olera herbarum z hoc post peccatū. Quia enim primus homo dei precepti contempsit z cibū veritū manducauit ideo de paradiso in hunc mūdum tanq; in exiliū demisit vt de peccato suo pniam ageret: z iō dedit sibi in cibū olera herbarū qui est cibus penitentium. Un̄ dixit ei dñs post peccatū. Gen.iij. Maledicta terra in opere tuo spinas z tribulos germinabit tibi z comedes herbas terre. Et isto cibo homo vsus est vsq; ad diluuiū. Tertio deus dedit homini in cibum esum carnium z piscium: z hoc post diluuium. Tunc enim natura humana est debilitata. Olera herbarū nō habuerunt post diluuiū tantam virtutem: nec terra tantā fertilitatem. Et ideo deus hūs ne infirmitati ꝓdescendens esum carniū z piscū sibi cōcessit. Unde dixit post diluuiū noe z filijs suis. Gene.ix. Terror vester et tremor sit super cuncta animantia terre: z sup omnes volucres z pisces maris: quasi olera virētia vobis dedi omnia: scilicet ad manducandum. Jn magnis tamen animalibus sicut in leonibus homo perdidit dñium suum: vt cognoscat propter peccatum diminutam esse suam dignitatem. Jn minimis etiam sicut in muscis z pulicibus perdidit vt cognoscat suā miseriam z vilitatem. In medijs autem sicut in pecoribus z in iumētis retinuit ppter suā necessitatē. Ista aūt concessio de esu carnium z piscū post diluuium adhuc durat. In nullo aūt istorum statuum homo satietatem inuenit Nam nec ante pctm̃ inuenit satietatē in fructibus arborū. Nec post pctm̃ in oleribus herbarū. Nec post diluuiū vl̄ mō in esu carniū vel piscium. Sed si homo hodie dñi cōmedit z bibit: crastinus vult comedere z bibere. Esa.lvj. Uenite sumamus vinuz z impleamur ebrietate: z erit sicut hodie: sic z cras z multo amplius. Quarto dabit deus hominiū paradiso cibum dissimilez ab istis. Nō fructū arboris materialis: sz fructū veteri virginalis. ps. Cū dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Non olera sine herbas terre: sz virētia pascua vite. Jo.x.

plenit torqunlar. Eccles. xxxiij. Magna humilitas beati gregorij qui cum fuerit doctor excellētissim⁹: tñ vocat se nouissimū, z cū de sacra pagina magnas vuas. i. libros collegerit se tñ collegisse racemos asserit. In verbis igit̄ a quatuor cōmendatur. primo a pfunda humilitate cordis in eo q̄ vocat se nouissimū z colligentē racemos q̄ tñ vt dictū est fuit eximius doctor z collegit sensus pfundos, huius aūt doctoris humilitas in sua doctrina maxime apparet q̄tum ad q̄tuor. Primo q̄ scripta sua in cōparatione aliorum vilia reputabat. vnde dicit in epistola ad innocentiū a frice prefectū. Si delicioso cupitis pabulo saginari beati Augu. opuscula legite z ad cōparationē illius similaginis nr̄m furfurē nō queratis. Secūdo q̄ scripta sua q̄diu vineret publicari nolebat vñ ait ibidē. Neq; em̄ volo dū in hac carne sum: si qua me dixisse cōtingit ea facere hominib⁹ innotescere. Tertio q̄ aliquē pluerem humane laudis furtim in se cognoscebat. Vñ ait in fine moralium. Dum radicē pure intētionis cōspicio: deo quidem ex ea me summopere voluisse placere cognosco. Sed eidē intētioni furtim: fz nescio qūo humane laudis appetitus interserit. qō cū iam postmodū tardius q̄ discerno: inuenio me aliter agere qō scio me aliter i choasse. Quarto q̄ se aut mala incaute aut bona nō bñdixisse metuebat, vñ ait. z q̄dē mala me aliq̄n dixisse: z si nō inuenio, tñ q̄ olim nō dixeriz nō defendo. Bona ꝓo si qua diuinit⁹ accipiēs dixi: meo vtiq; iudicio min⁹ me bñ dixisse ꝓfiteor. Sexto ꝓmēdāt a vigilātia solicitudinis: cū dicit. Vigilauī, vñ z Grego. interp̄tat vigilās. Vigilauit aūt tripl̄r. Primo quātum ad se p vite pfectionē. Cui⁹ q̄dē perfectionis tria erāt signa: fez q̄ terrā despiciebat celestia appetebat, z mortē desiderabat. Ista tria ponit in plogo super dialogū dicēs. Infelix anim⁹ me⁹ meminit q̄lis fuit quō ei labētia cuncta subterreāt i monasterio: q̄ nulla nisi celestia cogitare ꝓsueverat q̄ mortē quoq; pene cūctis pena est. f. vt ingressum vite z laboris sui p̄miū amabat. Sexto vigilauit q̄ ad deū q̄ cōtēplationē, cōtēplabat q̄dem dei maiestatē in oratione. Eccl. xxxix. Cor suū tradidit ad vigilādū. diluculo ad eū q̄ fecit eū ⁊c. Cōtēplabat dei veritatē in locutione. ij. Tim. iij. Tu vero vigila z in omnibus labora: opus fac euangeliste ⁊c. Ipsemet cōtēplabat bonitatē dei in meditatiōe. Prouer. viij. Beatus qui audit me z vigilat ad fores meas q̄tidie. qz inueniet me. qui aūt inuenit me, inueniet vitā ⁊c. In his em̄ tribus marie cuncta beatus Greg. fez in orādo, i lēgēdo, z in meditādo. Tertio vigilauit quātum ad proximū p sollicitā pusionē. Necesse fuit em̄ vigilare voluit scies se datū in speculatorē in medio hostiū. Ezech. iij. Speculatorem dedi te domui israel. In pastorē in medio luporū. ideo voluit vigilare cū Jacob q̄ dicebat. Gen. xxxi. Die noctuq; estu vrebar z gelu. Fugiebat q̄ somnus ab oculis meis. In gubernatore in medio fluctuū. Unde periculosum est si gubernator dormiret. Prou. xxiij. Eris sicut dormiēs i medio maris: z q̄si sopitus gubernator amisso clauo. Tertio cōmēdāt a spe z fiducia diuine miserationis: cū dicitur. In benedictione deprecatus est q̄ potuit in deū q̄n fez per orationes ipsum ad misericordiā inclinauit qui tra iano a pena eterna pepcit. Gen. xxxij. Et cōtra deū fortis fuisti ⁊c. Potuit in angelum, q̄ ipsum placauit. cū em̄ Greg. pro peste oraret vidit angelū gladiū cruentatū tergentē z reponentē: potuit indubitanter petri accipies os eius z facie eruisse. sed admodum ethiopis denegauit. potuit in celum: quia in eius obsequiū columbā ignis destinauit, potuit in infernū quādo vt dictum est: animā traiani a b inde suis precibus eduxit, potuit in purgatorium quando quendam monachum in excommunicatione defunctum lecta super eius fouea absolutionis cedula de purgatorio extraxit: prout ipse postmodū apparens asserit. Quarto cōmēdatur a copia doctrinarū z instructionis: cum dicitur, z quasi qui vindemiat replenit torcular. Per torcular significat sacra scriptura: q̄ sicut in torculari sunt vuestre i sacra scriptura diuerse sunt sententie. Uel significat ecclesia: q̄ sicut in torculari vue debēt exprimi. sic sacra scriptura in fide ecclesie debet exponi. Uel significat quelibet fidelis anima: q̄ debet sicut in torqularī exprimit vinū gratie z sapiētie. Beat⁹ enim Greg. torcular sacre scripture implenit diuersis expositionibus. Sicut em̄ in torculari sunt vue magne mediocres z racemi: sic in sacra scriptura sunt expositiones magne anagogice siue celestes. Sunt mediocres. i. allegorice siue spirituales sunt parue. i. tropologice, siue morales. Sūt racemi, id est historice siue literales, ipse em̄ oib⁹ modis sacrā scripturā exposuit. Secūdo implenit torcular ecclie officiorus. Stare fecit circa altare cātores. Ipse enim ordinauit missale z gradale: vt dicit. Stare fecit iuxta altare cātores. Ordinauit hymnos, ideo sequit. In sono eorū dulces fecit modos. Ordinauit missas. ideo sequitur. Dedit in cel ebrationib⁹ dec⁹. Ordinauit officium in septē horis decātandum z perpetuo, ideo subditur: Ordinauit templū in consummatione vite. Ordinauit antiphonariū in matutinis substāialiter decātandum: ideo subdit. Et amplianit mane sanctitatem dei. Tertio implenit torcular aie variis instructionib⁹. Nam docet prelatos in pastorali. Docet etiam subditos. Sed subditorū quidā sunt incipiētes. hos docet per exempla in dialogo. Quidā proficientes. hos docet in omelijs. Quidam perfecti. hos docet per occulta mysteria in expositione super Ezechielem, hos ād omnes docet in moralibus. Ibi enim instruūtur prelati qualiter subditos regāt: incipiētes qualiter viuāt proficientes q̄liter de virtute in virtutem proficiant: et perfecti qualiter consummationem appendant.

¶ Sermo. xcij. De eodem ser. iij.

Qui mane vigilat ad illam scilcet sapientiaz nō laborabit. Sap. vj. Beatus Greg. qui vigilās interpretatur. Ad sapiētiā de mane vigilauit, q̄ in sua adolescētia querere cepit eā z tantum desiderium in eo ādiscēdi erat q̄ labores nō sentiebat. Gen. xxix. Uidebāt ei dies pauci pre amoris magnitudie. Ideo sapiētiā adinuenit: q̄ in libris sapie vigilādo studuit q̄ sunt q̄nq; libri fez liber cōsciētie: liber vite: liber scientie: liber gratie z nature: tres enim primi significāt Gen. p tria ligna que erāt in paradiso. Liber em̄ cōsciētie significat per lignum q̄ erat pulchrum visu z ad vescēdum suaue: q̄ conscientiam bonam deus intuet libenter z i ea delectat. Liber scientie significatur p ligni scientie boni z mali: q̄ p scientiā bonū z malum cognoscūtur: liber enim vite significat p lignū vite q̄ erat in medio paradisi. Quart⁹ est liber gratie qui scribit hominem intus p virtutū varietatez, z foris p morum honestatez. Apoc. v. Uidi in dextera sedētis librum scriptū intus z foris. Quint⁹ est liber nature. i. creaturarū in quo legere possunt tam scientes q̄ nescientes, z cognoscere dei potentiaz z magnitudinē: sapientiā, ex ordine bonitatē ex fine: q̄ sūt valde bona. Esa. ix. Wabitur liber nescienti literas. In his quinq; libris vigilando studuit: z ab his omnes libros suos extraxit z exēplauit. Quia in his sic vigilauit, ideo quinq; generibus hoim ad quos spectat vigilare cōparari potest. vt habet Eccli. xxxviij. scilcet aratori, pictori, doctori, fabro', z figuloo. primo igitur vigilādo studuit in libro cōsciētie per vitiorū extirpationem z virtutū plantationez. Nā de cor de suo eradicauit superbiā, z plātauit humilitatem. Unde in literis suis primus seruus seruorum dei appellatur. Eradicauit auaritiā z plātauit liberalitatem: quia ad pauperes liberalissimus erat. Eradicauit immūdiciā z plātauit puritatez: q̄ virgo fuisse creditur. Ab isto libro conscientie extraxit z explanauit librum moraliū: q̄ ibi docet extirpationem vitiorū z plantationem virtutum. Hiere. i. Constitui te super gentes, id est super malos gentiliter viuētes. Et super regna: id est super bonos in quibus regnat per graz: vt scilcet a malis euellas z destruas vitia z in bonis edifices z plātes virtutes: q̄ in libro cōscientie sic vigilando stu-

fruitt z libros moraliū ide extraxit: ideo cōparatur aratori vigilanti. Cor inquit dabit adversādū suos sulcos: z vigilias eius in sagina vacarum. In libro quidez moraliū multos fecit sulcos: scilicet in scriptura eradicādo dubietates et plantando veritates. In ecclesia eradicando prauitatem hereticam, z plantando catholicā fidem. In anima eradicando vitia: z plātando virtutes, z vigilias z studium suū in signa vacarum, in pinguedine animarū. Secūdo studuit in libro scīe tie p pastoralis officij plenā cognitionē. Officiuz enim pastorale est liber scientie: quia sicut dicit Gregorius Nazanzenus. Renera mihi esse videtur ars artium: et disciplina disciplinarū hominem regere vel imbuere q̄ est inter omnes animantes maxime moribus varius et voluntate diuersus. Ab isto libro scientie Gregorius extraxit z exemplauit librum pastoralez in q̄ plene docet omnes pastores. Unde ait ibidē. Pensandum est ad culmen regiminis quisq̄ qualiter perueniat, atq̄ ad hoc rite perueniēs qualiter viuat, et bene viuēdo qualiter doceat: z bene docens infirmitatē suaz quanta consideratione cognoscat. De primo sicait cū regiminis culmen imperatur si donis pūctus est: q̄ alijs prosit debet ex corde fugere. De scōo sic dicit. Cōsiderandū est qz cuz causam populi presul suscepit: quasi ad egrū medicꝰ accedit. Quia ergo presumptiōe ꝑcussum mederi ꝑperat qui in facie vulnꝰ portat. De tertio sic dicit. Ab imperitis pastorale magisteriū q̄ temeritate suscipit quādo ars artium est regimen animarū. De quarto sic dicit. Dum rector fortis imēso fauore circūdat: intꝰ veritate vacuat. Et qz i hoc libro scīētie sic vigilādo studuit, z librū pastoralē inde extraxit ideo assimilatur fabro vigilāti. Uox inq̄t male innouat aurem eiꝰ: z vigilia sua ornauit imperfectionem. Malleꝰ ferrum domat et incudem firmat: z suauē sonū generat. Sic prelati debent domare duos z inquietos. Consolari pusillanimes et infirmos: et patienter se habere ad omnes. Istam regulam apostolus tangit. j. Thessalonicen. v. Rogamus vos fratres corripere inquietos. Tertius est liber vite: scilicet christus in quo beatus Greg. vigilādo studuit: z inde spirituales delicias et delectationē exhausit. Ab isto libro extraxit: z exemplauit expositiones quas fecit super Ezechie ē. Hec enim tam ꝑfunda et occulta mysteria cognoscere potuisset nisi ea a libro vite hausisset z spūssanctꝰ ei renelasset: vñ pe be forma sup caput eius manētēt ꝑbe que dicebat inferentē. j. Cor. ij. Spiritus omnia scrutat: etiaz profunda dei. Et qz in hoc libro sic vigilādo studuit et occulta misteria inde extraxit: iō assimilat doctori vigilāti. Uñ dicit. Eccli. xxxix. Sapientiam omniū antiquorū exquiret: et in pliens z occulta ꝓuerbiorū exquiret: et in absconditis parabolarū cōuersabitur. z sequitur. Cor suū tradet ad vigilādū diluculo ad eū qui fecit illū et in cōspectu altissimi deprecabit. Ubi ostendit q̄ ad ista occulta ascendit per cōtinuam et assiduam meditationē. Unde dicit. Cor suū tradet ad cogitandū, per cordis emūdationē: vndedicitur diluculo. Ille est dies lucido facit: qz corde suo omne tenebrosum expellit. Et p devotā orationē, vñ dicitur. Et in ꝓspectu altissimi deprecabit. Quartꝰ est liber gratie. Et in isto studuit extraxit z exēplauit ordinationē officij ecclesiastici. Et q̄tum ad hoc assimilat pictori vigilanti. Uñ dicitur. Cor suū tradidit in similitudinē pictoris z vigilia sua pficiet opꝰ. Ecclesia quo dāmodo picta est in officio ecclesiastico multipliciter colore. Primum colorem apposuit christꝰ quā do dixit. Hoc est corpus meū. Secundus apposuerūt apostoli quādo orationē dominicā in missa dicenda ordinauerunt, z minorem symboluz apposuerūt. Tertiū apposuit Ignatius q̄ psalmos per antiphonas dicēdos statuit. Quartū apposuit Hilariꝰ, q̄ Gloria in excelsis deo cōposuit. Quintū apposuit Nicena synodus q̄ symbolū maiorē edidit. Sextū maiorē apposuit Athanasiꝰ q̄ fidē i psalmo Quicūq̄ vult ꝛc. sufficiētissime explanauit. Septimū apposuit hiez. q̄ psalteriū p ferias

distinxit z Hīa pfi i ipsine pkalmorū ordinauit. Octauū Ambrosiꝰ q̄ cārꝫ hymnos et orationes fecit. Grego. vero opꝰ fecit z pfectionē officiū tā diurnū q̄ nocturnū fecit. Quinꝰ est liber nature: z in isto studuit p creaturarū cōsiderationē: qz i ipsis vidit deum ꝓfectia, sapiētia, z bonitatē z ab isto libro homelias z dialogū. Tales aliq̄n istruxit libros q̄dus rudiores instruxit s. ꝓphetas z ꝑtū ad hoc fecit homelias. Et aliq̄n exēplis, z ꝑtū ad hoc fecit dialogos. Creature em̄ nos aliq̄n instruūt ꝑbis ꝓphetis. Celi enarrāt gloriā dei. Aliq̄n exēplis. Preceptū posuit z nō ꝓteribit. Et ꝑ hoc assimilat figulo vigilāti. vñ ꝺr. Cor tuū dedit vt ꝓsummet linitionē: z vias tuas mūdabit fornacē. Ipe em̄ p verba z exēpla illos q̄ erāt i vase cōtumelie formauit i vasa gīe. Iuxta illud. Eccl. xl. Quasi vas auri solidū ornatū oī lapide ꝓcioso. Fecit em̄ vt essent vas. p gīe redūdationē: vt essent aurei. p charitatē succēsa. i. per virtutū refulgētiam.

¶ Sermo. xciij. De eodē. Sermo. ij.

Neptalim cervus emissus dans eloquia pulchritudinis. Genesis. xlix. Tria namq̄ sunt necessaria cuilibet prefecto prelato. Primo vt deus habitet in ipso per gratiā. Secōo vt sit solicitus p operationē bonā. Tertio vt sit strenuosus p doctrinam: Ista tria habuit beatus Greg. que notant in ꝑbis premissis. Primo nāq̄ deus in ipso habitauit p fidē: q̄ notat cū dr. Neptalim q̄ interpretatur habitatio. Nā z pater i ipso habitat et g fidē: dādo sibi i miraculis magnā potentiam. Miracula em̄ operari spectat ad potentiā. Luce. ix. Dedit potestatem illis i eo habitauit dādo sibi ꝑfectiā fidē. Secōo Grego. ipsum in forma peregrini suscepit. Et dādo sibi suā carnem verā, quādo hostiā visibiliter in veram carnē conuertit. Spūssctūs in eo habitauit q̄ ostendit per speciem columbe: que super caput eius visa fuit: et p columnā igneaz que super ipsum de celo descendit per q̄ datur intelligi q̄ habebat simplicitatem columbinam z charitatem ignitam: ideo poterat dicere. Pater z filius z spiritus sanctus Johā. xiiij. Ad eum veniemus z mansionem apud eum faciemus. Secūdo fuit velox per operationem sollicitaz cum dicitur Ceruus emissus. Ceruus autem habet velocitatem renocationem: et discretionem: Sic sanctꝰ Grezorius fuit velox ad sequendum illum: de quo dicitur in. ps. Exultauit vt gygas ad currēdam viam ꝛc. Ideo fuit velox: quia deposuit velocissime omne pōdus scilicet pōdus diuitiarum quas omnes reliquit. Et de ipsis septē monasteria edificauit. pōdus deliciarum deposuit: qz corpus continue macerauit itaq̄ ifirmate stomacho vix subsistere valeret. Duz etiam esset in monasterio a matre sua crudis leguminibus pascebatur. Pondus bonorū qz cum esset electus in summum pōtificem fugit z se abscōdit: sz indicio columbe celestis manifestatus erat. Nō em̄ poterat latere propter vitā eminētē. Mat. v. nō potest ciuitas abscōdi super montē posita propter cōuersationem fulgentem. Ibidem. Nanq̄ accēdunt lucernā ꝛc. Propter famam redolentē. Eccli. xxiij. Sicut cynamomum z balsamū aromatizans odorē dedi. Res igitur alta, lucida z vaporosa abscōdi nō pōt. Secōo cervus habet renouationē: quando em̄ senescit cū serpēte pugnat: z hausto veneno ardentissime sitit: z in fontē se proijciens in oculis, pilis z cornib⁹ ac pelle renouat. Sic sanctus Grezorius z ceteri sancti cū demone pugnātes z eius tentationes vincētes ad fontē gīe refrigerātis currūt: z sic renouātur in intellectu: quia lympidi⁹ deū ꝓspiciūt ad Ephes. iiij. Renouamini spiritu mētis vestre. Renouātur in affectu qui feruentius deum diligūt. ps. Emitte spiritum tuū z creabuntur. Renouant in operatiōe: qz opera ꝓfuosa faciūt. Ephe. quarto. Induite nouū hominē q̄ sm deū creatus est i iustitia z sanctitate veritatis. Tunc em̄ opera nostra virtuosa sunt q̄s sunt cū iustitia ꝑtū ad proximū: z sancta quantum ad nos renouātur, ꝑtū ad cōuersationē extrinsecam, qz honestiorē cō

uersationē induunt. Colosse. iij. Induentes nouum hominē q̄ renouatur in agnitionē dei. Tertio cernus habet discretionem: z ius discretio in tribus attenditur scz in vulneris sanatione: in parturitiōe, et in cordis cōfortatione. Cerui⁹ em̄ sagitta pcussus puleguū comedit: z sic sagittā proiecit. Cerua tragātiū comedit: z sic leuius parit. Certus etiā comedit quasdaz herbas medicinales habētes respectuz ad cor: z sic cor quod erat tremulū confortationē accipit. Habemus em̄ tria gña herbarū quas ipse seru⁹ comedit: quarū vna valet ad sanandū, alia ad pariendū et tertia ad cōfortandū. Ista tria genera beatus Gregori⁹ habuit: z alios etiā habere docuit. Herba nanq̄ valēs ad sanādum est verbū dei. Sapiē. xvj. Neq̄ herba neq̄ malagma sanauit eos; sz sermo tuus dñe q̄ sanat z medetur omnia. Et sicut pfitia huius herbe est causa sanationis: ita absentia est causa mortis. Gregorius. Quisq̄ alimēta nō retinet hui⁹ pfectovita desperat. Eterne ergo mortis periculū formidat si nō cibū sancte exhortationis accipitis. Si verba vite. i. alimēta iustitie i memoria nō tenetis. Secūda herba est memoria mortis. Esa. xl. Omnis caro fenū: z ois gla eius quasi flos agri etc. z ista valet ad pariēduz. i. ad pposita cōplēda p bona opera Greg. Valde em̄ se solicitat in bono opere q̄ semp cogitat de extremo fine. Tertia herba ē meditatio dñice cō passiōis: que fuit herba multum amara Cantico. i. Fasciculus myrrhe dilectus me⁹ mihi. Et ista valet ad cōfortādum z roborandū Greg. Si passio xpi ad memoriā reducit: nihil est q̄ nō equo animo tolleret. Tertio beatus Gregori⁹ fuit fructuosus primo p doctrinā. vnde dicitur. Dās eloquia pulcherrima z pulchritudinis. Ista antē eloquia pulchritudinis trib⁹ modis dicit. ¶ Primo nanq̄ fuit predicator gratios⁹: z ideo dedit eloquia pulchre facundie. Dicit autem Augu. i libro de doctrina xpiana q̄ eloquēs in verbis suis agere debet: vt veritas pateat, veritas placeat, pitas moueat, z vt pateat dz loq̄ clare z aperte: vt placeat debet loq̄ cōposite z ornate: vt moueat dz loq̄ feruenter z deuote. Talis em̄ fuit eloquētia beati Gregorij. f. clara, deuota z ordinata. Clara, nihil habēs obkurū z ordinata. Doctrina prudēs ritatis. Proverb. xiij. Doctrina prudētis facilis. Ordinata, nihil hns rusticitatis. Proverbio. xxv. Lingua sapiētis ornat scientia. Denota nihil habēs inepiditatis. Proverbio. vj. Fauus mellis ppositus. Scō fuit sacre scripture compositor luculētissimus: z q̄tū ad hoc deditus eloq̄a pulchre sentētie. Eius em̄ sentētia z doctrina habuit pulchā venustatē, pulchra autem venustas in eloquio causata erat in tribus. f. a celesti sapiētia qua fuit a nobilitate senatoria. Una ōt pulcr. esse vult per iperitos sermones. Causata Esa. Esayas i fmone discret⁹ est quippe vt. f. vir nobilis z vrbane eloquentie: nec hns aliq̄d rusticitatis ad mixtū. Causata erat a rhetorica z philosophia: qz ēt i sua adolescētia magn⁹ philosoph⁹ z rhetor habebatur. De his tribus dicit. Proverbio. xx. Aurū z multitudo gemmarum z vas pciosum labia scientie. Labia enim sciētie beati Gre. fuerūt ornata auro. i. celesti sapiētia gēma, id est rhetorica philosophia. Et ista precedebat a vase pciosoq̄ pducū erat nobilitate senatoria. Secūdo eius doctrina habuit solidā firmitatem z veritatem. Cum enim quidā emuli post mortem suā libros comburere vellent. Petrus dyaconus restitit asserēs se spiritū sanctuz in specie columbe sup eū sepe vidisse: z desup iuramēto facto i morte sua iuramentum firmauit: ex quo patet q̄ doctrina ip⁹ fuit p tria. f. p spiritū sanctum verba ipius referentē. Johānis. xvj. Paraclytus aut̄ spiritus q̄ mittet pater i nomine meo ille vos docebit omnia. Per iurationem itervenientem. Hebreo. vj. Omnis cōtrouersie finis ad confirmationē est iuramentū: z per mortē subsequentem ibidem testamentum em̄ i morte confirmatū est. Tertio eius doctrina habet dulcem suauitatē. Est em̄ i corde tanq̄ pigmentū ad medendum. In ore tanquam mel ad profe-

rendū, z i opere tanq̄ odor ad imitādū. Eccle. xlix. Memoria Josie. i. beati Gregorij q̄ seipm in sacrificiū deo exhibuit. Quia Josias sacrificiū interpretatur. Inpassione odoris facta. Ecce q̄ odorifera ad imitationē. Op⁹ pigmētarij: ecce q̄ delectabilis est vtiq̄ ad meditationez. In ore quasi mel dulcoratio: ecce q̄ dulcis ad prolationē et vt musica in cōuiuio erat laudator dei devotus: et quantū ad hoc habuit eloq̄a pulchre laudationis divine: cū em̄ missa prius cōfuse dicerētur; ipse eaz pulchre ordinauit statuēs vt in lingua triplici decantaret: scilicet, Greca: vt sit Kyrie eleison: hebrea: vt sit amen, z alleluia, z latina vt sunt cetera. Sicut em̄ iste tres linguē in ligno z titulo crucis posite cōfesse sunt christū morientem, sic voluit vt christū laudar ēt in celo regnantē. Ordinauit etiam vt in ipa missa fierēt tres partes de corpore christi ad innuēdum quod corpus mysticum: id est christi fideles sunt diuisi in tres ptes Nam illa pars que ponit in calice abscō ditur z in vino ponitur signat illam ptez que est in celo que ab olibus malis abscōditur, vt ab vbertate dom⁹ dei inebriat Alie due partes significāt duas ptes fidelium que adhuc tribulationib⁹ exponūtur, vna q̄ est in mundo q̄ subiūcitur multiplici passiōi. Alia que est i purgatorio, que subiicit magne curatiōi. Ordinauit etiā q̄ missa vocetur ex eo q̄ ipsa sacra hostia a deo patre nobis dupliciter est missa. scilicet p incarnationem in mundo z sanctificationem in in sacramento et nos eam sibi dupliciter mittimus. scz p passionem qua deo reconciliamur z per quotidianā oblationez que pro nobis interdit vt misericordiam consequamur.

¶ Sermo nonagesimus quartus. De eodem. Sermo quartus

Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Matth. xxiiij. Istud euangelium legitur in honore beati Gregorij qui vigilans interpretatur. Ipse enim vigilauit, sibi ecclesie z deo. Sibi quidem per virtutum acquisitionē, multas nanque virtutes acquisiuit sibi. Prima est fortitudo cum infirmitate. Licet enim corpore langueret: semper tamen aut legebat, aut scribebat aut orabat. ij. Corinthio. xij Cum infirmor tūc potens sum. Sancti enim viri quandocunq̄ sunt infirmi in corpore, sunt fortes in mēte: infirmi autē ad amandū terrena, fortes vero ad amandū celestia. Hoc ostēditur exemplo arboris, cordis z corporis. Arboris q̄dem, qz ꝑm Gregorij sancti viri significant per palmā que inferius est arcta, z superi⁹ lata. Mali autē significantur p alia arbusta que inferius in ramis sunt lata z superi⁹ angusta. Exemplo cordis, quia est latum superius. z inferius strictuz. Exemplo corporis quod habet rectitudinē quia homo debet habere rectam intentionē, eleuatam faciem: qz debet habere cor eleuatū p amorem. Radices superius z ramos dependētes inferius: qz debet esse plantat⁹ in celo p desiderium z inferius fructificare p operationis studiū. Secundo habuit abundātiā cū paupertate. Ipse em̄ in multis diuitijs adū dauit: sz in his olbus paup fuit: qz omnia pauperibus erogauit Proverbiorum. xiij. Est quasi diues cū nihil habeat: z est quasi pauper cum in multis diuitijs sic. Ipse em̄ fer monasteria i sicilia fecit: z septimū in domo propria fundauit. Indigētiuz nomina scripta habuit z eis necessaria ministranit. Tribus milib⁹ ancillis dei octoginta libras auri annuatim offerebat. Hic cadit exēplū ꝺ heremita q̄ omnia reliquerat: z vnū solum captum tenebat. Tertio habuit exēplū cum humilitate, quā humilitatem habuit in animo in ꝓbo: in signo: z in honore huius. In animo quidē, quia peccatorem se reputabat: vnde Mauricio imperatori qui eū p sequebat scripsit. Quia em̄ peccator sum credo q̄ omnipotentē deus tanto vobis amplius placatis, q̄to me sibi male ferientez magis affligitis. In verbo, qz ꝑm⁹ i suis ꝓlis seruū suū se appellat. In signo, qz cum quidē heremita vellet sibi reverentiam exhibere: ipse pri⁹ se in terrā pstrauit. In honore multo: quia electio fuit in-

ulta ex parte sui: z ideo fugit z se abscō-
dit: sd tamen fuit volūtaria ex parte po
puli: qz enim omnes vnāimiter elegerūt.
Et fuit miraculosa ex parte dei: qz cū lati
raret iudicio colūne manifestat⁹ ē. Quar
to habuit iustitiā cum pietate. Nam iust⁹
fuit in puniendo z pius in compatiendo: ta
lis debet esse q̄libet prelat⁹ sicut ipse Gre
gorius ostēdit triplici exemplo. s. exēplo
lasse: vnde ait. Jacētem non erigit: nisi q̄
stratus sui rectitudinem per cōpassionez
flectit. Exemplo ferri: quia sicut ferrū qñ
debet cōiungi adinuicē oportet q̄ prius
molliscat. Qui enim vult alium sibi vnire
p mozum correctionē pri⁹ sibi molliscat
per cōpassionem z alūs molliscat per tē
perantiā exēplo olei. Ignis eñ correctio
nis nō lucet nec ardet i vino seueritatis:
nec in aqua instipide affectiōis, sz in oleo
misericordie z cōpassionis. Secundo vi
gilauit ecclesie p officiū ecclesiastici ordi
nationem. Quānis eñ dies naturalis ha
bet. xxiiij. horas: de ipsis tamē. Greg. ex
traxit septem, ordinās vt in ipsis de⁹ lau
daret: ex eo q̄ ipe hore, sunt a xpo multi
plici priuilegio ꝓsecrate. Si q̄dē in matu
tinis Christus natus est, a iuda tradit⁹ z
captus. In media autem nocte fz Hiero
nymum ad iudiciuz est ventur⁹. Libēter
igitur in matutinis deū laudare debem⁹
z eiꝰ gratiari, p sua natiuitate z captiōe: z
p iudicij executione. In prima deus celū
z terrā in seruitiuz z ad seruitium homi
nis creauit. Ad tēplū in hac hora perso
naliter ire cōsueuit. Unde dicit Luc. xxi.
q̄ omnis ppl's ad deū manicabat. i. ma
ne festinabat. Resurgēs a mortuis, mulie
rib⁹ apparuit in hac igit hora laudam⁹
deū: z p beneficio creatiōis: z pro gloria
resurrectiōis: z vt in nobis baptism⁹ exē
plum sue imitationis. In tertia ad colum
naz xps fuit ligatus flagellat⁹ z sue mor
tis sententiam accepit a iudeis: spiritum
sanctum in apostolos misit: z ꝓpter hoc
in tertia deum laudamus. In sexta xps
erat in cruce cōclaust⁹. Sol radios suos
subtraxit z se tenebris iduit. Et i die ascē
sionis christus cum discipulis suis tanꝯ
cum amicis suis ab eis recessurus conui
uium fecit. In nona xps spiritū emisit: in
cruce lancea latus eius perfozatū fuit. z
in celū ascendit. In vesperis xps corpꝰ
sui z sanguinis sacramētū instituit: z de
scipulozū pedes lauit: z refurgēs in ba
ptu pegrini apparuit. In cpletorio xps
sanguineas guttas fudauit: de cruce de
posit⁹ i monumēto clausus fuit refurgēs
clausis ianuis ad discipulos intrauit. Ter
tio vigilauit quātū ad deū p cōtēplatio
nem: z quia vigilauit: iō deum inuenire
meruit. Iuxta illō puerbio. viij. Qui ma
ne vigilauerit ad me inueniēt me. Meruit
quidē inuenire xpm spm̄ sctm̄, beatā vir
ginem z angelos. Xpm quidē inuenit in
peregrini specie, z i visibili carne. Spm̄
sctm̄ inuenit in colūna ignis, z in specie co
lumbe super caput eiꝰ manentis. Beatā
virginis turbulētia aeris fugit: z serenit
tas in ira remāsit. Angelos multos inue
nit habuit: q̄dē angelū oꝰones suas de
offerētē. Uñ dixit ei angelus quem in for
ma pauperis susceperat. Et angelus dei
sum: z dñs me misit ād te vt ꝓcrā te z
oꝰones tuas deo offerā. Habuit angelū
eū ꝟ oia aduersa defendētēvñ cū Mauri
cius imperator ipsum ꝓsequeret angel⁹
in monastico habitu ꝓtra ipm̄ spatā stri
ginatā vibrauit: z sic a ꝓsecutiōe cessauit.
Habuit angelū in olb⁹ obsequentem. Ut
cū in die pasche ap̄ sanctā mariā mag
rem missum celebraret z pax dñi ꝓnūcia
ret angel⁹ dñi alta voce sibi respōdit. Et
cū spū tuo. Unde in illa die papa in dicta
ecclia celebrat z cū pax dñi ōt sibi minis
mer̄ dēt in illius miraculi testimoniū.

¶ Sermo. xcv.

¶ De sancto benedicto abbate. Sermo. j.

Olect⁹ deo z hominib⁹, cuius memoria in ꝑdictiōe est. Eccli. xlv. Magnū preconiū est a deo diligi, ab holib⁹ amari, z in memoria haberi. Ab his trib⁹ preconiis sctūs benedict⁹ in ꝑbis ꝓmissis ꝓdit. Fuit enim a deo dilectus, ab hominibus amatus, z oi memoria dignus. Dilectus a deo fuit, qz deuote incepit: deuotius vixit: z deuotissime finiuit. Incepit quidē a puritate. Greg. etatem quidē mozib⁹ transiēs nullā animū suū voluptati dedit z ideo meruit diuine visionis claritatem. Mat. v. Bti mūdo corde qm̄ ipsi deū vi
debūt. Incepit a pauptate. Greg. Despe
ctis siquidē relicta domo: rebusq̄ ꝓpris
Sancte conuersatiōis habitū quesiuit: z
iō meruit iudiciariā potestatem. Joannis
xvij. Judiciū pauplib⁹ tribuit: incepit ab
humilitate. Greg. Pl⁹ appetebat mala mū
di ꝓpter q̄ laudes pl⁹ ꝓdeo laboribꝰ fa
cere sublimitatem Luc. xiiij. Qui se hu
miliat exaltabit incepit a ꝓpassiōe. Gre
gor. Benedict⁹ religiosus z piuspuer cū nu
ditatē suam fieri ꝓspiceret eius doloꝛi cō
passus est: z iō meruit diuinā miseratio
nē. Mat. v. Bti misericordes: qm̄ ipi mi
sericordiā consequent. Incepit a deuota
ꝓcione qz capisterium fractū deuota ora
tione sua reintegrauit: z iō meruit a deo
magnā fiduciā z securitatem. Eccli. xxv.
Oꝰ humiliantis se penetrat nubes z nō
descēdet donec respiciat altissim⁹. Scōo
deuot⁹ vixit: tota eñ vita sua fuit in oꝰo
ne iō merebat exaudiri. Eccl. iij. In oꝰo
ne diez exaudiet. Fuit in lectiōe: z iō me
rebatur sapientia diuina impleri. i. Thi
mo. iiij. Attēde tibi z doctrine tue ꝛc. Fuit
in contēplatione: z ideo merebat celesti
bus reuelationibus adimpleri. ꝑs. Reue
la oculos meos z considerabo mirabilia
de lege tua. Fuit in efficaci locutiōe: et iō
merebat ab auditoribꝰ exaudiri. Greg.
Dum eñ sibi cibum deferebant corpo
ris ab eius oze alimenta deferebant vite.
Tertio z ultimo modo deuotissime finiui
uit. Quod patet per quatuoꝛ signa. Pri
mo qz monumentum sibi fecit, qđ indica
bat per moziendi alacritatem Job. iij.
Gaudent vehemēter cū inuenerint sepul
chꝝ. Scōo ecclias ꝓferri se fecit: vt. s. lau
daret dei bonitatem. ꝑs. In medio ecclie
laudabo te. Voluit q̄dē deo gras referre:
de eo q̄ in vita ipsum conseruauerat: et
de eo q̄ ipz ad se vocauerat, z de eo. s. q̄
eternam gloriam ꝓmiserat. Gratiaꝝ em
actio est dz preteritis, ꝓsentib⁹ z futuris.
Cassianus. Gratiaꝝ actiones q̄s agit, cū
preterita bñficia recollit, cum presentia
conspicit, ꝙta deus ꝓparauit his qui eū
diligunt. Tertio corpus z sanguinē xpi
suscepit, vt se muniret cōtra demonū ma
lignitatem q̄ aliabus insidiank. ꝑs. Inuis
hac qua ambulabā absconderūt laqueū
mihi. Job. xvij. Pone me dñe iuxta te, z
cuiusuis magn⁹ pugnet contra me. Quar
to erect⁹ inter man⁹ discipulozꝝ vitā fini
uit. Quidāeñ moziunk nacētes: q̄ a bonis
operib⁹ vocauerūt. Quidam ꝓstrati: q̄
ꝓ petiñ corruerūt. Quidā claudi q̄ fidem
sine opib⁹ habuerūt. Quidā ab infirmita
te sanati, qui post petiñ ad pniam redie
rūt. Quidam erecti sicut viri q̄ a petō libe
rati sunt bonis operibus pleni z intentio
ne erecti. Istā quadruplicē differentiam
agit ap'ls Heb. xij. Remissas manus z ge
nua soluta erigite z gressus rectos facite
pedibus vrīs: vt nō claudicās quis er
ret magis aūt sanet. Scōo fuit ab oībus
amat⁹ z hoc ꝓpter multa beneficia z mi
racula que inter eos fecit. Quozū quedaz
fecit ꝙtū ad semetipsum. Mira eñ totus
de illo eribat. s. ab ocbis suis qñ ligatum
vidit ab hostibus mor a vinculis est solu
tus. Mira a manib⁹ suis: qz vas i q̄ erat
potus venenatus signo crucis cōfregit.
Mira ab oze eius. s. qñ ōt monial. b⁹ que
linguam suā non cohibebāt excōico eas.
Mira a corde suo qz absentia vt pñtia co
gnoscebat. Quedā opat⁹ est ꝙta ad mū
dum minorē. i. hoiem. Quosdā eñ iuuit
in vita z a diabolica tētatiōe eripuit: sicut
monachum qui i oꝰone starenō poterat.
Quosdā ꝟo i morte z diabolica oppīsio
ne sicut monachū quē diabolus a ruina
parietis opp̄sserat. Quosdā post mortē:
sicut monachū q̄ ad parētes visitādos
sine bñdictiōe iuerat. Quedā ꝟo operat⁹
est i maiozi mūdo. s. in celo qñ aliaz sozo
ris i spē colūbe ascēdētē vidit. In purga
torio sicut qñ ꝓ mōialib⁹ ōfūctis oranit.
In aere: sicut qñ lucē celestē asperit. In
aq̄ sicut qñ puerū placidū liberauit. In
terra: sicut qñ aquā de terra ꝓduxit. In
igne: sicut qñ ignē fantasticū extirit. Ter
tio erat oi memoria dign⁹. Qz eñ a no
bis recesserit corporaliter, nobiscū tñ q̄
drupliciter remā sit. primo quo ad odo
rē sue fame. Sicut eñ post poma odorife
ra: post spēs aromaticas remanet odor

ipsoꝝ: sic post mortē sctōꝝ remanet nobis cū odor virtutū. Joā. ix. Dies mei transierūt sicut naues poma portātes. Scdo ꝙ̄ tū ad dulcedinē sue doctrie. Sicut ei apis posſit̄ de suo alueario auolat nobꝫ fauos mellis relinqt sic sctūs bñdict⁹ de corpe recedēs doctrinā mellifluā mūdo dimisit. Eccli. xj. Brevis in volatilib⁹ apis: ⁊ initiū dulcoris illius fructus eius. Sctūs em̄ bñdict⁹ fuit apis rone ꝓ similitudinis Fuit brevis, et hoc rone humilitatis. Et fuit volatile rone celestis cōuersatiōis: ⁊ habuit dulcē fructū rone mellifluę ꝓdicatiōis. Tertio quātū ad lucē sue regule: Sicut em̄ sol occumbens dimittit nobis lucē in luna, ⁊ luna nos illuminat, sic beatus benedictus occumbens post mortem corporis dimisit nobis luuam: id est salutarem regulam q̄ illuminat religionem monasticam. Luna tamen non lucet quando terra interponitur: quia odor monasticus multum tenebratur, quando terrena cupiditate aspergit. Quarto ꝙ̄tum ad calorez charitatis succēse. Sicut em̄ ignis in clibano vel fornace extinctus remanet in suo calore: sic btūs bñdictus qui habuit ignita eloquia succēsa desideria, ⁊ feruētia opa. In xpo em̄ per mortem corporis extinctio remāsit per eius calorē in mūdo. Eccli. j. Scintille quasi aspectus eris candentis. Ipse ⁊ fuit scintilla inquātum habuit subtilia, ⁊ celestia desideria: ⁊ fuit ex inquantum habuit sonora ⁊ inflāmatiua ꝓba: et fuit cādens inquantū habuit feruētia opera.

¶ Sermo.xcvj. De eodem. Sermo.ij.

Benedictus in filijs aser. Sic placens fratribus tuis tingit in oleo pedez suū. Ferrū ⁊ es calciamētū eius Sicut dies iuuētutis tue sic ⁊ senectus tua. Deut. xxxiij. Sctūs bñdict⁹ re ⁊ nōie. Bñdict⁹ multas bñdictiōes habuit: q̄ i ꝓbis ꝓdictis notant. Prima ꝓsistit i dei habitatiōe cū ōr. Aser q̄ interpretat atriū. Et ōr atriū a trib⁹. Ipse em̄ atriū. erat qz totatrinitas in eo habitauit scz pr̄ dādo sibi potētiā in hostiū expugnatiōe vicit em̄ diabolū carnē ⁊ mūdū. Diabol⁹ ipm voluit vincere p impatiētiā qñ tintinabulū fregit Sed vinci nō potuit qz in dei seruitio perseuerauit. Eccli. x. Si spūs ptātis habentis ascēderit super te locū tuū ne dimiseris. Ipsum voluit allicere per cōcupiscentiā: quādo grauem tentationez sibi immisit. Sed allici nō potuit: qz inter spinas ⁊ vepres se proiecit. Eccli. xj. Malitia vnius horis oblitionē facit luxurie magne. Et ipm voluit decipere per fraudulētiā: sicut qñ deceptus est quis monachū quem inuasit in forma medici sibi apparuit asserens se venire potionare fratres. Sz ipse diabol⁹ apparebat: ⁊ in ipsum flammātib⁹ oculis per horribilē formam: qz sibi teterrimus erit paruulus. Ipm voluit deterrere eſt strictētib⁹ obuiabat. Sed ipsum vetere non poterat: qz scz scuto pręmunitus erat. Ephe. vj. In olib⁹ scutū sumētes fidei ⁊c. Sctō vicit carnem. Nā cū quedaz auis que merula dicitur ante eius faciem volitaret magna carnis cōcupiscentia est in eum secuta. Sed tamē ipsam tētationez per tria dentelet scz per crucis impressionē. Ezechiel. ix. Signa thau sup frontes virorum g̃mētū ⁊c. Per denotā ortionem ⁊ intētionē. Sap. viij. Ut scirent qñ aliter non possem esse cōtinēs nisi de⁹ dederit ⁊c. per carnis macerationē: qz mos se nudum inter spinas ⁊ vepres se pstrauit. Et sic per vulnꝰ corporis: sanauit vulnus mētis. Tertio vicit mūdū: ⁊ ꝙ̄tuz ad diuitias: qñ omnia contempsit ⁊ in heremū nud⁹ aufugit. Et ꝙ̄tum ad delicias qz secundum Gregoriū. A puericie cor suum le gessit ⁊ nullivoluptati animū dedit Et quantuz ad honorez: quia cum per miraculum de capistrerio in multo honore haberetur inde latenter fugit. Scdo fili⁹ in eo habitauit vando sibi sapiētiā in secretoꝝ cognitiōe. Ipse em̄ cognouit absentia pterita ꝓsentia ⁊ futura. Absentia preterita ꝓsentia ⁊ futura. Cognouit futura cōtingētia: sicut obitū suū ⁊ casuz rome. Cognouit occulta pctia sicut ptz i monacho sibi seruiētē de superbia tētato. Et sic patet q̄ fuit pphēta de preterito de futuro ⁊ de psenti occulto. Tertio spūssanct⁹ habitauit in eo vando gratiā in sui institutiōe. Dedit nāq; sibi gratiā incipiēte per quā de mūdo exiēs deuote incepit proficientē quā feruenter prosecut⁹ erat. Et perfectā quia ad summuz cōtemplatiōis gradū peruenit. Istud significat in via quā fecerūt filij israel: qz de egypto exeūtes i desertū venerūt. De deserto in terra pmissiōis: i qua fructus terre primo comederūt. Deinde pueuerunt in hierusalē. Sctūs bñdict⁹ de mūdo tenebroso venit ad desertū penitētie. Et de deserto penitētie puenit ad gustū celestis gratie. Et de gustu gratie puenit ad contēplationē visiōis diuine. Scda benedictio cōsistit in filioꝝ ppagatiōe: cū dicit. Bñdictus in filijs. Ipse em̄ per sanam prędicationē ⁊ regulā multus filios genera uit. Generatos: ꝓpalib⁹ subsidijs enutriuit. Enutrios ad pmotiones ⁊ abbatias pmouit. Sz mō pōt ꝙ̄queri. Esa. j. Filios enutriui ⁊ exaltaui, ipsi aūt spreuerūt me Scī sunt degeneres filij qz regulares ob seruantias cōtēnunt ⁊ ꝓlationib⁹ ⁊ abbatijs intēdūt. Temporalia indebite cōsumūt nō dei honorē sz ꝓpriū fauorē attēdūt. Tertia benedictio ꝓsistit in regulari institutiōe qđ notat cū ōr. Placēs fratribus suis. In sua et regula posuit ea q̄ deo placitū est spiritui meo: q̄ sunt ꝓbata coram deo ⁊ hoibus: cōcordia fratrū amoz proximoꝝ vir ⁊ mulier sibi bene cōsentiē tes. Et illa ei regula docenk monachi vt inter eos sit cōcordia mutua, iō ōr. Cōcordia fratrū, ꝙ̄tum ad ꝓlatos sit obediētia denota, ideo ōr. Ubi ⁊ mulier sibi bñ ꝓsentientes. Tunc em̄ prelatus qui per virū: ⁊ subditus q̄ per mulierē intelligitur bñ sibi cōsentiunt qñ prelatus sapienter regit et subdit⁹ humiliter obedit. Et sic xp̄s primoꝝ. Rom. v. Charitas dei diffusa est in cordibus ⁊c. Quarta bñdictio consistit in bñ dei devotione: qđ notat cum ōr. Tingat in oleo pedem suum. Tingere est mollicum ad accipere In presenti vita sctūs bñdict⁹ ⁊ alij scti tingūt memoriā in sanguine per dñice passionis recordatio nē. ps. Intinguat pes tuus i sanguine. Tingit intellectū i oleo: qđ est fomētū luminis aliqualē de deo cognitionē: sicut ōr hic. Tingāt in oleo pedē suū. Tingit affectū

in melle per aliqualē devotionē. q̄ significatū est. j. Regū. xiiij. Jonatha q̄ summitatē virge in fauū mellis intinxit. In futuro aūt nō erit tictio sed imersio, ⁊ natatio ⁊ inebriatio. Tūc em̄ scti mergent in abyssuz ineffabilis charitatis. Esa. xl viij. Implebit dñs splendoribus animā tuā. Tūc natabūt i pelagus devotiōis ⁊ mellifluę suauitatis. Esa. lx. Tūc videbis et affluens ⁊c. Tunc inebriabunt in cellario infinite charitatis. Inebriabunt abundantia domꝰ tue. Quinta bñdictio ꝓsistit in presentiꝰ seruatiōe: qđ notat cū ōr. Ferrū ⁊ es calciamētū eius. Lucerna extinguit aut p negligentiā: aut nimiā abundantiā aut per nimiā penuriā. Devotionē autez mētis q̄dā perdunt ex sola negligētia: sicut virgines fatue. qui dā ex nimia abundātia. ps. Prodiūt qñ ex adipe iniquitas eoꝝ q̄dā ex aduersitate illata. Eccli. xxj. Cor fatui qñ vas cōfractum omnē sapiētiā nō tenebit. Sed beatꝰ benedictꝰ fuit calciatꝰ, id est expeditus ad ambulā duz ne torpescat per negligentiā. Et ideo ōr calciamētum eius. Fuit etiā calciatꝰ ere ne marcesceret per prosperitatē nimiam fuit calciatus ferro: vt sit firmus contra aduersitatē illatā. Et ideo ōr ferrum et es calciamētū eius. Sexta bñdictio cōsistit in felici cōsummatione: quod notatur cū dicitur. Dies iuuentutis: tue ita ⁊ senectus tua. Juuentus est etas fortitudinis alacritatis ⁊ caloris. Fuit em̄ sanctus benedictus talis in senectute qualis in iuuētute qz semper perseuerauit in fortitudine operis. ps. Fortitudinem meam ad te custodiam in eadem alacritate veritatis. Prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridā facit. Fuit in cōtē caloze amoris. Can. vij. Fortis est vt mors dilectio dura sicut infernus emulatio.

¶ Sermo.xcvij. De eodem. Sermo.iij.

Credere de domo tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veniin terram quam mōstrauero tibi. Faciamq̄ te in gentem magnam et benedicam tibi: ⁊ magnificabo nomen tuum erisq̄ benedictꝰ. Gen. xij. Possunt

hec ꝓba q̄ locut⁹ est dñs ad abrahā conuenire beato bñdicto z cuilibet religioso. Jn q̄b⁹ dñs quēlibet nr̄m adhortat. Primo ad mūdi cōtēptū: cū dicit. Egredere de terra tua: vbi ostēdit q̄ debemus contēnere mundū q̄tum ad tria: scz q̄tū ad terrenā possessionē: cū dicit. Egrede re de terra tua ꝛc. vt nihil terrenū possideas. Eze. xliij. Possessionē non dabitis eis in israel. Ego em̄ dñs possessio eorū quantū ad carnalē affectionē: cum dicit. et de cognatiōe tua: vt scz parētes tuos carnaliter nō nimis diligas. Mat. x. Qui amat patrē et matrem plus q̄ me: non est me dignus. Aug. Amand⁹ est generator sed proponēd⁹ est creator: q̄tum ad corporalē habitationē: cū dr: z de domo patris tui, scz in eadē domo nō mancas: q̄ sicut dr. Mat. vij. Jnimici hois domestici eius. Ab his oīnibus debemus exire z corpore z mente z cōuersatiōe hoc signatū est. Gen. xix. Ubi dicit q̄ angeli Loth exē sodomā posuerūt ꝓcipientes ne post tergū respiceret: z ne circa regionez maneat. Jn hoc q̄ eū edurerūt de sodoma: dat intelligi q̄ religiosus nō dz manere eū mūdanis etiā corporaliter. Jn hoc q̄ angeli p̄ceperūt ne post tergū respiceret dat intelligi q̄ nō debet redire ad mūdū mentaliter. Jn hoc q̄ dr q̄ nō stet i omni loco circa regionē dat intelligi q̄ nō dz stare i mūdo et mozaliter, id est religiosi non debēt habere mozes mūdanos. Regio aūt vicina ē pctō vetusta ipsa cōuersatio q̄ ostēdit in verbis talcinis in gestibus et mozib⁹ vanis. Scdo dñs hortat ad religiōis ingressum: cū dr. Et veni in terrā q̄ mōstrauero tibi. Terra optima est religio sacra. Scōm aūt ꝙgilliū: terra bona trib⁹ modis cognoscit. Primo mō q̄ nigredinē: q̄ nigredo terre bonitatem attestat. Scdo q̄ dulcedinē: q̄ sapor dulcis z nō amar⁹ bonitatē indicat. Tertio q̄ suffossionez: q̄ q̄ effodit z postea replet si q̄ aliq̄ ꝑs supabūdauerit ē optima. Si defecerit est mala. Si equata fuerit est bona. Terra ꝑmo cognoscit q̄ est nigra q̄ abiectionē z asperitatē. Religio igit tūc est bona q̄ est nigra q̄ asperitatē. Boni em̄ religiosi denigrāt se per humilitatē exteri⁹: sed dealbāt se interi⁹ q̄ puritatē. Cant. j. Nigra sum sz formosa. Scdo quādo est dulcis per deuotionem seu deuotiōis suauitatē. Jn deserto enim penitētie z nō in egypto mūdi dat mā celeste: deuotio spūalis. Ozee. ij. Ducā eā in solitudinē z loquar ad cor eius. tertio cognoscit q̄ suffossionē z repletionē. Jlli em̄ q̄ seruāt ꝓcepta sunt bona terra: qz q̄tū peccauerūt tm̄ deo satisfacūt Rom. vj. Sicut exhibuistis mēbra vra seruire immūdicie ꝛc. Jlli q̄ supercrogāt cōsilia sūt optima terra. Lu. x. Quecūq; superoganerz ego cū rediero reddaz tibi. Jlli qui deficiūt ab vtroq; sunt reproba terra. Heb. vj. Proferēs aūt spinas z tribulos reproba est: z signāter dicit quam monstrauero tibi cū em̄ in religione sunt tria substātialia. i. votū obedictie: paupertatis: z cōtinentie ꝙs ista tria nobis mōstrauit ꝙbo et dixit. Luc. ix. Si quis vult post me venire abneget semetip̄sum. Ecce renūciatio ꝓprie volūtatz z tollat crucē suā. Ecce mortificatio carnalis voluptatis: z sequat̄ me, scz pauperē. Ecce ꝓpositū paupertatis. Ostendit etiā exemplo qz virginitate floruit: paupertatē elegit: z ꝑfectionē in oībus obediuit. Tertio ponit religionis fructū: q̄ q̄druplex est primus est magna in ꝑsonis dilatatio: cum dixit. Faciāq; te in gentē magnā. Jn religionis oībus est q̄druplex differētia ꝑsonaꝝ que significat. zacha. vj. Per q̄drigas equos rū ibi sūt cōtēplatiui celestib⁹ desiderijs fragrātes isti sūt equi rubei. Jbi sūt actiui virtutū varietate pollentes: isti equi varij. Jbi sunt virgines puritate pollentes. Isti sunt equi albi. Jbi sunt ꝓuinctes fide opa ꝓnie macerantes. Isti sunt equi nigri. Scdo fructꝰ est celestis gr̄e benedictio. cū dr. Et bñdicā tibi. Notandū autem q̄ iacob in deserto triplicē bñdictionē obtinuit ab angelo. Una est qz nemus femoris emarcuit. i. concupiscentia debilitata fuit. Scda qz nomē mutauit. i. israel q̄ interpretat virtutes deū. Tertia qz deū fortis fuit: vñ dixit ei angel⁹ cōtra deum fortis fuisti. Ista triplex bñdictio in ꝑfecto penitētie obtinet. i. carnis ꝯruptio. Deut. xxxiij. Bñdictio illi⁹ qui apparuit in rubo veniat sup caput ioseph. Rub⁹ qui nō cōburit est castitas q̄ a ꝓcupiscē

supstat: celestiū cōtēplatio. Gen. xxxvij. Jn pinguedine terre i roze celi desuper erit bñdictio tua: z deuota oratio q̄ denz vincit. Ozee. xij. Jnualuit iacob ad angelū z cōfortat⁹ est fleuit z rogauit eū. Tertius fructꝰ ē nois exaltatio: cū dr. Et magnificabo nomē tuū. Nomē scti bñdicti aliorꝝ sanctorꝝ magnificatū est. ꝓtio qz femg ē coram oculis diuine maiestatz. ꝑs. Honorabile nomen eoꝝ coram illo. Scdo qz in honore habet ab angelis. Luc. xv. Gaudiū est angelis sup vno pctōre penitētiā agēte multo fortiꝰ super vno iusto deo seruiēte. Tertio qz scriptū est. Lu. x. Gaudete qz noia vestra scripta sunt i celo. Quarto qz honorat ab oīb⁹ populis ab oīb⁹ ecclesiis z in oīb⁹ seculis. Unde Sapiētia scriptū narrāt ppli: z laudē eoꝝ enarrāt ecclia: noia autē eorū viuēt in seculi. Quartus fructꝰ est eterna remuneratio: cū dr. Erisq; bñdict⁹. Est aūt bñdictiō illa q̄ dr triplici bñdictiōe: de qua Gen. xlix. Bñdictiōib⁹ celi desup abyssi bñdictiōib⁹ vbertatis z vulue: habet deus facie gloziosam: ista est bñdictio celi desuper: habent ab inferiori: respiciēdo ad abyssū: habēt ab interiori cōuertēdo vbera. Conscientia, ista est benedictio ceteras virtutes nutrit. Habent ab exteriori possidentes societatem fecundam: ista est benedictio vulue: deus enim tunc valde fecundus erit: quia magnam filiorum multitudinem generabit.

¶ Sermo. xcviij. De annunciatiōe beate marie virginis. Sermo. j.

Orate celi desuper z nubes pluant iustū: aperiatur terra et germinet saluatorē ¶ Isa. xlv. Possunt esse hec verba antiquorū scriptorū patrum ꝑ desiderantiuz christi aduētū. Jn q̄bus ꝓbis tria petunt a sancta trinitate. Primo petunt dñice incarnationis mysteriū: cū dicūt: Rorate celi desup. Ubi duo sunt videnda, scz q̄re de⁹ dicat celuz. Et quare xp̄i incarnatio rori assimilet. Deus aūt dr celū scz empireū: q̄ id celū est lucis forme: immobile: z capacitatis immēse. Sic de⁹ dz iocalē claritatē. j. Joh. j. Deus lux est z tenebre nō sunt in eo vlle. Dz immobilē stabilitatē. Jaco. j. Apud quē nō est trāsmutatio ꝛc. Dz immēsam capacitatē. Sap. vij. Qui capit oēs spūs intelligibiles Assimilat aūt incarnatio xp̄i rori, qz scz ros ghatur in medio aeris interstitio: a tēperato calido: z tēperato frigido. Tria nāq; interstitia sunt scz celū: mūdus z infernus. Hic igit ros. i. xp̄i incarnatio non est facta in supiori interstitio. i. celo: qz naturā angelicā nō apprehēdit: nec in infimo, id est in inferno: qz demones nō redemit: sed est facta in medio scz in ipso mūdo: qz nature hūane se vnit. Bar. iij. Deus filiū suū mittit natū ex muliere: factū sub lege. Et ista redēptio facta est ex calido z frigido. Duo em̄ sunt q̄ monerunt dñm vt hō fieret. vnū exptē sul scz magnitudo charitatis q̄ fuit quasi calor. Rom. v. Cōmēdat de⁹ charitatem suā in nobis ꝛc. Aliud ex ꝑte nr̄i scz miseria generalis. ꝑs. Propter miseriā z gemitū pauperū nūc exurgā dr dñs. Jn hoc tñ deficit similitudo: qz ibi est tēperatus calidū z tēperatū frigidū. Hic aūt est nimius calor amaris. Ephe. ij. Deꝰ qui dives est in mia ꝓpter nimiā charitatē suā qua dilexit nos ꝛc. Et nimiū frigꝰ, lāguorū. ꝑs. Oēs defecerūt. Scdo scti prēsepūt ab angelis i virgine saluatiōis ꝓconiū: cū dr. Et nubes pluāt iustū. Tunc em̄ nubes iustū pluūt: cū gabriel xp̄s virgini nūciauit. Hic aūt duo videnda sunt, scz quare angeli dicuntur nubes: et quare xp̄i incarnatio pluuie assimilat. Dicūtur autē nubes qz sunt thronus dei in q̄bus sedet z ꝙscit. Juxta illū Ecclī. xxiiij. Thronus meus in colūna nubis. Dicit aūt Apoc. iiij. q̄ de throno ꝓcedebāt fulgura, voces, z tonitrua. Nā sm Dionysiū triplex est officiū angelorū scz illuminare purgare z perficere. Ab illis ergo thronis ꝓcedūt fulgura z coruscatiōes q̄ illumināt nostrā intellectiuā. ꝑs. Illuxerūt coruscatiōes tue orbi terre. Ꝓcedūt tonitrua q̄ ꝑ cōminationes z terrores purgāt nostrā affectiuā. Nā sicut dr.

Arasti in conspectu meo mēsam aduersus eos que tribulant me. Impinguasti i oleo caput meū et calix me⁹ inebrians q̄ preclar⁹ est. p̄s. Quāuis sanct⁹ Johānes euāgelista vitā nō finierit p martyrij ferri habuit tñ tria alia martyria q̄ notant in verbis premissis. Primū est qr fuit exilio relegat⁹ qđ notat cū ór. Parasti in cōspectu meo mēsam aduersus eos q̄ tribulāt me. In hac em̄ die fuit q̄drupliciter tribulat⁹. Fuit em̄ grauiter flagellat⁹. Fuit ex deriſiōe tonsurat⁹. Fuit refectis olei dolio missus. Et fuit exilio relegat⁹. Cōtra ista q̄tuor icōmoda xp̄s mensam sibi p̄parauit: in qua sibi quatuor fercula deliciosa parauit: q̄ igitur erat grauiter flagellat⁹: xp̄s sibi parauit sibi corone celestis decorationē Apo. ij. Esto fidelis vsq; ad mortē ꝛ dabo tibi coronā vite. Quia fuit in oleo feruenti assatus parauit sibi in fluuio paradisi refrigerationē ibidē. Agn⁹ q̄ in medio throni est reget illos: ō ducet eos ad vite fontes aquarū. Quia fuit exilio relegat⁹ parauit sibi celestis ciuitatis perpetuā habitationē De qua ipse Apoc. xxj. Ostēdit mihi ciuitatē sanctā hierusalem descendentē de celo ꝛc. Sanctū martyrium: quia fuit in feruentis olei dolio missus: qđ notat cū ór Impinguasti in oleo caput meū. Et dicit impinguasti: qr potius exiuit impinguatus q̄ adustus Fuit autem vnctus triplici oleo: scz materiali sicut hodierna die q̄n in oleo fuit missus. Fecit aūt domicianus ipsum poni potius in oleo feruenti q̄ in aqua bulienti quia aqua bulliens penetrat exteriora et interiora. Oleum vero feruēs penetrat exteriora interiora: z ossa. Iuxta illud. p̄s. Intrauit sicut aqua interiora eius et sicut oleum in ossibus eius. Secundo fuit vnctus oleo sacramētali q̄n: scz fuit asie in patriacham consecrat⁹. p̄s. Sicut vnguentū in capite quod descendit in barbam ꝛc. Unguentū em̄ spiritussancti fuit in christi capite in plenitudinē: deinde descēdit in barbā. i. in apostolos q̄ fuerāt ceteris magis viriles, deinde descēdit in ceteros doctores z platos: q̄ debēt esse vestimentū ecclesie ipsam verbo et exemplo ornādo. Deinde descēdit in oīa vestimēti id est in subditos. Tertio fuit vnct⁹ oleo spirituali. De quo dicit. j. Johānis. ij. Unctio ei⁹ docet vos de omnib⁹. Tam plene fuit inunct⁹ vt posset dici de eo illud. p̄s. Unxit te deꝰ deus tuus oleo leticie p̄ cōsortib⁹ tuis. Nec mirum: qr fetit ppe: z iuxta apothecā illi⁹ vnguentarij: de quo ór. Eccli. xxxviij. Unguentarius facit pigmētaria. s. suauitatz. Istud aūt ē oleū letitie habuit q̄druplici rōne. Gaudere em̄ ipse potuit de secretorū celestiū reuelatiōe. Apo. j. Significauitde⁹ que oportet fieri cito mittens p angelū suū seruo suo Johanni ꝛc. Iere. xv. Factū verbū tuū in: gaudiū et in letitiā cordis mei. Secūdo de iusta vindicta tyrānni. i. Domiciani p̄s. Letabit iust⁹ cū viderit vindictam et lauabit manus suas in sanguine peccatoris. Tertio de honorabili renouatiōe. Iere. xxxj. Conuertā luctū eorū in gaudiū ꝛc. ¶Quarto de sue dilecte. s. druſiane resuscitatiōe facta p̄ q̄ omnes gauisi fuerūt ꝛ deū laudauerūt p̄s. Tunc repletum est gaudio os nr̄m: z lingua nostra exultatiōe. Tertiū martyrium est quia fuit veneno potatus qđ notat cū dicitur. Calix me⁹ inebrians q̄p̄ preclarus est. Bibit Christus duplicē cal

cem.s.sanguinẽ ⁊ myrratam.vnum,scilicet sanguinẽ communicauit iacobo qui sanguinem suum fudit:alium Joanni,q̃ amarum venenum bibit:⁊ sic impletũ est illud Matthei.xx.Calicem quidem meũ bibetis.Et dicitur iste calix inebrians:et preclar⁹:quia ipsum venenũ cum desiderio ⁊ auiditate multa bibit.Preclar⁹ aũt dicit:quia tria p̃clara miracula inde cõtigerunt vnũ,quia sancto Joanni nullã lesionem intulit.Marci vltimo.Si mortiferum quid biberint,non eis nocebit.Secundũ qz duos hoies ex illo veneno mortuos suscitauit.Tertiuz,qz ex hoc multus populus gẽtilis cõuersus fuit:⁊ sic pz qũo de⁹ ex malis sepe multa bona elicit ⁊c.Et ideo ipsa mala penalia nõ sunt semp mala:quia inde eliciunt multa bona.Patet etiã q̃ sint bona tripliciter cã.Primo qz sunt a summo bono a quo non põt procedere nisi bonum.Esa.xlv.Ego dñs pacem faciẽs ⁊ creãs malũ.Fuerũt in summo bono.j.in rpo.Esa.j.A plãta pedis vsq; ad verticẽ non est in eo sanitas.Et ducunt ad summũ bonũ Ozee.x.In funiculis ade traham eos.

¶Ser.cxlv.De eodem,Sermo.ij.

Onuersus petrus vidit illũ discipulum quem diligebat Jesus sequentẽ qui ⁊ recubuit in cena supra pectus eius ⁊ dixit.Domine quis est q̃ tradet te? Joannis vltimo.Quãuis beatus Joãnes multa bona habuerit priuilegia.in verbis tamen premissis tria de ipsis priuilegiis exprimunt.Primũ est:qz fuit amic⁹ xpi.Cũ dicitur.Quem diligebat Jesus.Dicitur autem ipsum dilexisse plus q̃ cæteros,quia maiora signa dilectionis sibi ostendit.Et q̃uis multa fuerint dilectionis signa ad ipm,p̃cipuũ tñ fuit,quia matrez suã sibi recommẽdauit.Ex quo quatuor magnas p̃rogatiuas pmeruit.Una est,qz factus fuit gabrielis archangeli socius Petr⁹ damian⁹.Joãnes archãgelo gabrieli ad custodiã matris dei socius est datus,vt et ille integrã virginem inuisibiliter custodiret ⁊ iste fozinsecus fragilitati feminee obedientie sue ministerium exhiberet.Secũda est qz fact⁹ est thesaurarius:inquãtũ scz thesaurũ dei sollicite custodiuit.Eccli.xli.Sicut qui thesaurizat:ita ⁊ qui honorificat matrem suam.Tertia est:quia fact⁹ est xpo magis vicinus Petr⁹ damian⁹:Quanto Joãnes familiarioz cũ matre verbi conuersat:tanto vicinioz verbo inuenit.Quarta est q̃ factus est quodãmodo christi frater adoptiu⁹.Petr⁹ Damianus.Quoniã ab ipsa veritate Joãnes Marie dictus est filius: quadã speciali gratia frater est saluatoris Sc̃m priuilegiũ est:qz cubicularius ⁊ camerari⁹ est iesu xpi,cũ dicit.Qui recubuit supra pect⁹ dñi.Deut.xxxiij.Amabilissim⁹ dominus habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die mozabit̃.Proiectus aũt xpi est fons dei:cellariũ paradisi:est mensa angeli:est thalam⁹ beatorũ: est gazophilaciũ omniũ thesaurozũ:qz sicut dicitur Colossences.ij.In ipso sunt omnes thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei,absconditi.Inquantum igitur Joannes fuit pxa pect⁹ Christi recubuit:ista quinq; habere meruit.primo nãq; potuit os suum ad fontem dei a quo hausit aquã sapie salutaris.Eccli.xv.Aqua sapientie salutaris potauit illum.Secundo intrauit cellariũ paradisi in quo bibit vinũ:vinum amoris.Canticoz.ij.Introduxit me rex in cellã vinariã ordinauit in me charitatẽ.Inquantũ aũt bibit q̃ quodammodo ebriꝰ fact⁹ fuit.Sicut em̃ ebrii non sentit verbera.Juxta illud Prou.xxiij. Verberauerũt me sz non dolui:sic tibi nõ videbatur sentire supplicia.Ũ dicit Dionysi⁹ in epistola quã sibi scripsit.Nõ em̃ ita versus sum in insaniã q̃ putez vos aliquid pati ad corpoz passiones sedilis tpas sentire credo.Tertio sedit ad mensam angeli in qua comedit panẽ vite et intellect⁹:⁊ licet panis mutet̃ in comedentem:Joãnes tamen cemedẽdo panẽ vite mutat⁹ est in vitã.De hoc iterato dicit Dionysi⁹ vbi supra.Aliquos videm⁹ eũ deo de deo facto ꝺ,qm̃ veritatis ardentes amatores ab effectu quidem recedunt materialiũ ⁊ ter presenti incipiũt futurã vt decet angelos in medio hominũ conuersari.Quarto introiuit in thalamum beatorũ in quo indut⁹ est stola gl̃ie.Ecclesiastici.xv.Stola gl̃ie induit eũ.Que stola fuit candida p̃ virginitatẽ:⁊ purpurea p̃ charitatẽ.Quinto ingress⁹ est in gazophilatium thesaurozũ:a quo traxit thesaurũ sapiẽtie.Petr⁹ damianus Joãnes eminentem diuine gratie sciẽtiã excelsi gazophilacio:in quo sunt omnes thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei absconditi traxit.Tertiũ priuilegium est:qz fuit secretari⁹ christi:quod notatur in hoc qđ dixit.s.Domine quis est quis tradet te?Quãdo em̃ omnes dolebãt timebãt ⁊ dubitabãt:sol⁹ Joãnes ad rpm accessit:ei interrogauit.Eccli.vj.Amic⁹ i doctrina ⁊ profunda sibi reuelauit:qñ suaz eũ patre eternitatẽ ⁊ coequalitatem sibi ostendit.Ista aũt tam profunda mysteria dicit in quadruplici schola.Prima est schola angelica.Apocal.j.Significauit deus que oportet fieri cito loquẽs per angelũ suũ,seruo suo Joanni ⁊c.Secunda est schola virginea,qz em̃ fuit custos virgini deputat⁹:ad ipa est plurima edocendus.Eccli.xv.Obuiauit illi quasi mater honorificata,Tertia est schola sancte tricitatis ad quã volauit qñ verbũ in principio esse vidit.Ezech.xvij.Aquila grãdis magnarũ alarum venit ad libanum. Et est ad altitudinẽ trinitatis:⁊ tulit medullã cedri:id est mysterium verbi incarnati.Quarta ẽ schola dñici pretozis.Ũ cantatur.Fluenta euangelij,de ipso sacro dominici pretozis fonte potauit.

¶Sermo.cxlvij.In diebus rogationum.Sermo.primus.

Rate pro inuicẽ vt saluemini.Multũ em̃ valet deprecatio iusti assidua Helias em̃ homo erat ⁊c.Jacobi.v.Ut lena ecclesia fideles inducere ad orandum.Ito tempore verba sancti Jacobi assumit in quibus tria facit.primo nãq; ad orãdũ p̃ inuicem nos inducit:cũ ôt Orate pinuicem vt saluemini.Libenter em̃ pro alijs ꝺlibet orare debet.Qz sicut dicit Chrisostomus sup Matthẽũ.pro se orare nature est:pro alio aũt gratie est

pro se orare necessitas cogit,pro alio aũt orare charitas fraternitatis hortat̃.Dulciozaũt est añ deũ oratio non quam necessitas rei transmittit:sed quã charitas fraternitatis cõmẽdat.Oportet nanq; vt ille pro quo orat quatuor in se habeat sicut tõt Dion⁹.in lib.de celesti hierarchia.xiij.cap̃.Primũ est feruens desideriũ rei habẽde:qz opz q̃ illud feruenter desideret ⁊ affectet ⁊c.Sc̃m est status gratie:qz opz q̃ sit in statu gratie et penitẽtie.Tertiũ est recognitio infirmitatis ppꝛie.Opz em̃ q̃ recognoscat q̃ illud per se obtinere non valeat.Quartũ est petitio rei digne:qz oportet q̃ ea petat que deũ dare deceat:⁊ ipsi accipere expediat.Secũdo vtilitatẽ oratiõis ostendit,cum dicit.Multũ nanq; valet deprecatio iusti ⁊c.Ubi tria ponit scz q̃ oratio multum valet,cum dicit.Multum em̃ valet ⁊c.Secundo cuius oratio valeat:qz iusti.Tertio qualis oratio valeat:qz assidua,qđ aũt oratio multum valet,dicit Greg.Magna em̃ virtus oratiõis:qz fusa in terra in celo operat̃.Ad hoc aũt q̃ in celo ascendat ⁊ operetur opz q̃ habeat quatuor alas.Prima est profunda humiliatio.Eccli.xxxv.Oratio humiliantis se nubes penetrat ⁊c.Secunda est deuota lachrymatio:ibidem.Lachryme a maxilla ascendũt vsq; ad celũ ⁊c.Tertia est desideriũ feruẽs deuotio ⁊ intẽtio. Apo.viij.Ascẽdit fum⁹ incẽsoꝛ de oratiõib⁹ sanctoꝛ de manu angeli coram deo. Quarta est honorũ operum exercitatio. Tho.xiij.Qñ orabas cũ lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos,ego obtuli orationẽ tuã coram deo.Secũdo valet oratio,qñ est iusti.Est aũt iustus,qui dat deo obedientiã. Proximo misericordiã,⁊ sibi sanctimoniam.Exaudiat igitur deus orationem illius qui dat deo obedientiã.Aug. Citius auditur oratio vna obedientis:q̃ decẽ milia contemptoris.Et exaudit deus oronẽ illius qui dat primo suo misericordiam.Eccl.xxix.Conclude eleemosynã in sinu pauperis,⁊ hec p te orabit⁊ liberabit ab oi malo.Exaudi oronem illius q̃ hz sanctimoniã:qz sicut dicit ps.Iniq̃tatẽ si aspexi in corde meo non exaudiet deus ⁊c.Tertio oro exauditur qñ est assi-

dna. Assidue quidē orationis nuntiuz, p spero cursu ad deum mittere debemus: qz z nos hostib⁹ assidue circū dati sum⁹. De isto nanqz tria dicuntur in .ps. f. q di rigaf, q approp nquat: z q intret. Dirigatur aūt per rectā intentionē: sic sagitta dirigitur ad signū ps. Dirigatur oro mea sicut insensum in conspectu tuo. Ap propinquat vero per ieiunia. Duis eīm nimis impinguata volare nō pōt. Uñ i ps. Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo Intrat aūt p elemosynā: eleemosyna eīm est ostiaria: z iō oro auari ostiū claudit. Oratio eīm munifici apperit ps. In cōspectu tuo oratio mea. Tertio salubre exēplū ponit cū dr. Helyas homo erat rc. Cū eīm terra esset sterilis. Helyas orauit z celū pluuiā z terra fructificauit. Oratio aūt terrā aie nostre sic fructificare facit z illos tres panes producit. De q̄bus dicitur Luc. xj. Amice, cōmoda mihi tres panes rc. Amic⁹ de vis venit q̄n animus de labore actiue vite ad ociū cōtēplatiue recurrit. Et per importunitatem orationis impetrat tres panes. i. triū virtutū. scz rōnis: concupiscibilis, z irascibilis. Nā si tētatur quis spū erroris, quo ad rōnalē, spū voluptatis, q̄ ad cōcupiscibilem. spū turbatiōis quo ad irascitabilē petat tres panes. i. refectionē rōnalis p diuinā sapiaz: z concupiscibilis p tēperātiā: z irascibilis p trandillitatē z patiētiā.

¶ Sermo. cxlviij. Eodē tēpore, ser. ij.

Petite z accipietis. Luce. xj. Quānis omni tēpore sit orādū: p cipue tamē his diebus q̄ bus ecclesia solēnes instituit letanias. De quib⁹ letaniis tria vidēda sunt. Prio quare fiūt. Nā fiūt ad remouēdū malū culpe z malum pene. z ppter adipiscēdū bonū gratie. Cōtra malū culpe institute sunt letanie maiores q̄ fiunt in festo sancti Marci. Et dicunt maiores qz institute sunt a maiore epo, scz a beato Gregor. In maiori loco, scilicet Rome que est caput mūdi, z p maiori morbo. In romanis enim tūc quatuor vitia abūdabāt, scilicet auaritia, gula, luxuria z superbia: z ideo deus eis quatuor pestilētias misit. Nā cōtra auaritiam eis misit aquaruz abundāciā. omnē terram substantiam destruentem. Job. xij. Si emiserit aquas destruēt, et subuertent terrā. Contra luxuriam misit fetorē horribilē, aerē inficientem. z eis fetore horribilē, aerē inficientem, sicut olim homines subito suffocantem, sicut olim sodomitas: pena fetendi punitur vt habetur Gen. xix. Contra gulā misit inflaturā in inguine subito extinguentē. Eccles. xxxvij. Propter eīm crapulā multi obierunt. Contra superbiam misit ignitos sagittas acutas ab aere venientes. Job. vj. Sagitte dñi i me sunt quarū indignatio ebibit spiritū meum. ¶ Alie lanie que dicunt minores, que fiunt trib⁹ diebus ante ascensione zinstitute sunt cōtra quatuor mala pene. Tunc enim audiebantur nocturni sonitus, quib⁹ z homines terrebantur. Job. xv. Sonitus terroris semper in auribus meis. Tūc flebāt terremotus quibus domus destruebant. Luc. xxj. Terremotus magn⁹ erit p loca. Tunc ignis descēdebat de celo, quo edificia consumebant. Job. j. Ignis dei descēdit de celo rc. Tunc discurrebāt ignita demonib⁹ agitati, quibus homines deuorabātur. Sapiētie. xv. Superueniet illa seua bestiarum ira. Ex his manifeste ptz quō omnia elementa dei iniurias vindicāt. Nam aqua terrena scētia subuertit. Terra suo motu terrorē incutit. Aer fetore corrumpit. Ignis de celo efurit. Istud autē in inferno melius declarabit. Tunc eīm terra damnatos incarcerabit. aqua frigoribus purgauit, ignis ardoribus cremabit, z aer lumē denegabit. Ter tio institute sunt tam iste, quā ille ppter bona ādi piscenda, scilicet temporali, spirituale seu celeste. Isti sunt tres panes quos ab amico Christo petere debem⁹, i bonū temporale ad sustentationez, spirituale ad pregustationē, celeste ad plenam fruitionē. Ista sunt illa tria que nobis pater celestis dat, scilicet panis, pisces z ouum: sicut inferius cōtinetur. Per panem nanqz intelligitur bonum tpale necessariū. Per lapidem intelligitur cor duru. Dicitur cor auari incompassibile: z durū. Deus ergo dat panē: id est tēporalia, ad sustentationem, diabolus lapidem, id est cor durū ad incompassionē. Per piscem intelliguntur bona spiritualia: que aīam in aquis tribulationū nutriūt. Per serpentem vero intelliguntur vitia z peccata. Deus igitur dat piscem, id est gratiā in tribulationib⁹ animā cōseruantē: sz diabolus dat serpētem. i. maculā culpe mortalis animam veneno interficiētem. Per ouum vero intelligitur bonum celeste. Ouum eīm habet exterius corticem, int⁹ dulcedinem. Cortex eīm est ipsum celū, q̄ tanqz faccus gloriā eius occultat. Dulcedo autem consistit in duplici substantia: scilicet albumine z vitello: quia in Christo est humana natura tāqz albumen qō tāquā vitellum ex quo dulcedo glorie generatur: z p scorpionē intelligitur pena eterna. Demones enim modo blandiuntur p delectationē peccati: sed tunc punget pacerbitatem supplicij. Deus igit dat ouū: id est gloriā dulciter reficientez sed diabolus dat scorpiones: id est penā eternaliter cruciantē. Secundo videndū est quare letanie isto tempore magis fiūt. Sciendū autem q̄ fiunt maxime propter duas causas. Prima vt teneri fructus terre conseruentur quos demones isto tpe per tempestates destruere moliunt, contra quos in letaniis cāpanas pulsam⁹, tanqz tubas dei z cruces deferimus tāqz illa vor dei: orationes z letanias proferimus tāqz iacula dei, quibus demones iaculantur. Cum istis ergo tribus armis a domo in vita hac hūana demones expellimus, scilicet cū tuōis, vexillis z iaculis. Secūda causa est: vt orationes nostre xp̄o ascendente, facilius audiantur. Tunc eīm petitiōes nostras debem⁹ porrigere quando aduocatus noster vadit ad curiā qui scit petitiōes nostras formare. j. Joannis. ij. Aduocatum habemus apud patrem Jesum christum iustū. Quādo frater noster pergit ad confistoriū. q̄ scit z potest nos iuuare. Bernadus. Pusillanimis q̄ spernere me non potest Christus, os de ossib⁹ meis, z caro de carne mea, q̄ regis filius regnum suū suscepit: qui nos pōt saluare. Solet eīm regū filij dare munera dum regna suscipiūt: vñ cāta tur, Et regnū in manu ei⁹; scilicet ad largiendū. ¶ Tertio videndū est quare nō tantū in letaniis, sed etiam quando tempestates fiunt cāpane pulsant. Ipse q̄dē campane sunt tube dei, q̄b⁹ demones de terrent. Amos. ij. Si clanget tuba in ciuitate z popul⁹ nō expauescet. Sūt cymbala dei de quib⁹ deus laudat: ps. Laudate dñm in cymbalis bñsonātib⁹. Sūt precones de q̄b⁹ pp̄ls cōuocatur. Nūc. x. Fac tibi duas tubas quib⁹ conuocare possis multitudinē, Cāpane aūt successerunt in loco tubarū pulsant etiā cāpane vt demones effugētur, vt deus laudet, z populus ad orandum incitetur.

¶ Sermo. cxlix. In die ascensionis domini. Serm⁰. j.

Qui descendit ipe est q̄ ascēdit sup oēs celos Ephe. vj. qz hūilitas est via ad glām. Iō apl's primo ostēdit xp̄i humilē descensum: cū dicit. Qui descēdit. Secūdo eius gloriosum ascēsum: cū subdit. Ipse est qui ascendit super omnes celos. Istū aūt ascensum z descensum describit Ambro in lib. de Isaac dicēs. Saltu quodā Christus venit in hūc mūdū. Apud pfectum erat, in virgine venit, ex virgine in presepe transiliuit: descendit in mūdum, ascendit in crucem, descendit in tumulum, surrexit ex tumulo: ascendit ad celum z sedet ad dexteraz dei patris. Ecce scala q̄ hz septem gradus per quam xp̄s humiliter descendit, z gloriose ascendit. Primus gradus est q̄ de sinu pris venit in virginis uterū: z iste fuit gradus magne hūilitatis de quo dicit etiā Philippen. ij. Semetipsum exinanuit rc. vbi ponit apl's quadruplicem Christi humilitatē. Una ē qua conformauit z similē se fecit seruis, quādo voluit legi subdi, z circuncidi, iō dr: formam serui accipiens. Secunda humilitas est qua contraxit parentelā cū seruo: iō subditur. In similitudinē hominum facti⁹. Tertia humilitas est qua induit habitū serui: iō eīm dr. Et habitu inuētus vt hō. Quarta est qua voluit mori p seruo: iō subditur. Factus obediēs vsq̄ ad mortē. Secūd⁹ gradus scale est quo de vtero venit in presepiū: z iste est grad⁹

magne asperitatis, qz lectū habuit durū z asperū vbi tria fuerūt que aspiritatem fecerūt. s. teneritas pueri, vtilitas pāni, z duritia p̄sepij. Luce. ij. Inuenietis infantē ecce puer: ꝯ delicat⁹ panis fuit tectus positum in p̄sepio, ecce ꝯ durus fuit lectus. Tertius gradus est q̄ de p̄sepio venit i mundū: z iste fuit grad⁹ magne paupertatis. Ipse em̄ fuit pauper in vita, in morte z post mortē. Matth. viij. Vulpes foueas habent, z volucres celi nidos, Filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Ac si dicat. Nec habeo foueam, sicut vulpes: id est sepulturaz post mortē acquiescendum. Nec habeo nidū sicut volucres: id est domum in vita, ad habitandū. Nec habeo i morte. id est in crate tabulam siue cernical ad caput reclinandum. ¶ Quartus grad⁹ est quo descendit in tumulum: z iste fuit grad⁹ magne pietatis: magna nāq; fuit pietas visitare illos sctōs patres qui erant desolati: z ꝓpter damnū quia dei visione erant priuati et ꝓpter vmbrosum locū: quia erant in tenebris inuoluti: z ꝓpter consortiū: quia demonibus erant vicini. Sed christus eos fuit consolatus: qz suam faciem eis restituit et ad locum lucidum eos deduxit: z socios angelorum eos fecit ꝓpter ista omnia dicit Esa. ix. Popul⁹ qui ambulabat in tenebris vidit lucez magnā. Sextus gradus est quo de tumulo in mundū redit z ista fuit grad⁹ magne felicitatis. Leo papa post passionem suam ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutē: mortalitas in eternitatem contumelia translata in gloriam. Septimus gradus est: quo de ipso mūdo ascēdit in celū: z iste fuit gradus magne manifestatis. Ascendit enim cum iubilatione angelica. p̄s. Ascēdit De⁹ in iubilatiōe z dñs in voce tube. Ascēdit inuitatus voce paterna. p̄s. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Cant. ij. Reuertere dilecte mi reuertere. Ascēdit virtute ꝓpria. Esa. lxiij. Gradiēs in multitudine ꝓtutis sue. Ascēdit cū nube lucida. ō hoc Actuū primo. Nubes suscepit eū ab oculis eorū. Ascēdit cum societate decora, scilicet cum angelis z animab⁹. Genesis xxij. Cum duab⁹ turmis regrediot. ideo cātat ecclesia. Omnis pulchritudo domini exaltata est sup̄ sydera. Et dixit. Omnis pulchritudo: quia exaltata est pulchritudo deitatis: quia hodie ostēdit suā potentiam pulchritudo sui corporis: qz induit immortalitatē: pulchritudo aūtiq; induit impassibilitatē pulchritudo angelica: qz hodie recuperauit sui numeri integritatem: z pulchritudo hūana: qz hodie animē sanctoꝝ receperūt eternā felicitatem. In illa em̄ p̄fessione fuit quicquid pulchrum erat in celo, scilicet angeli ꝰequi pulchrū i inferno, scilicet patres de lymbo educti quicqd pulcherrimū in mundo. s. apostoli z ceteri discipuli: quicqd pulchrum super celū z mundum, scilicet christus z beata virgo.

¶ Sermo. cl. De eodē. Sermo. ij.

Sallite deus ꝰ ascendit super celum celi ad orientē. Ecce dabit voci sue vocem virtutis. p̄s. Prophetia oēs ad gaudendum inuitat qñ christus ad celos z in celum ascendit z celestem ianuā aperuit. In premissis verbis quatuor sunt videnda. Primo nāq; qualiter xp̄s ascēdit: qz cū iubilatiōe angeli ca qō notat cū ōr Psallite deo ꝰ ascēdit. Angeli enim cū multa iubilatione ipsum in celū deduxerūt. Fit autē iubilatio z sonus music⁹ scōm Aug. tribus modis. Aliquādo voce: sicut in cantu: aliqñ flatu sicut i turba: aliqñ pulsu sicut i cithara. Ut ergo oñdat q̄ angeli in christi ascēsione habuerūt oīa gña musico⁹: ideo aliquādo ōr ꝓbi fuit son⁹ ꝰ fit cū voce. p̄s. Jubilate deo in voce exultatiōis. Aliqñ dicitur q̄ fuit ibi sonus qui fit cum flatu. p̄s. Ascendit deus in iubilatione: z dñs in voce tube. Aliqñ ōr q̄ fuit ibi sonus qui fit cū pulsu. vñ psal. Laudate eū i psalterio

cithara. Similiter z nos p̄ sua ascēsiōe ipsum laudare debem⁹ voce ꝓ gratiarum actiones Eccli. xlij. Benedicētes dñm exaltate eum ꝯtuz potestis z c. Flat⁹ per cordis deuotionē. Ephe. v. Cātantes et psallētes in cordibus vestris domino. Et pulsu ꝓ bonā operationē. Matth. v. Uideant opera vestra bona z glorificēt patrē qui in celis est. Secundo videndū est quo ascendit quia supra celoꝝ alta cuz dicit Super celuz celi. Christus nāq; descēdebat infra oēs celos: scz infra celos materiales qz in terra cōuersat⁹. Baruth. iij. Post hec in terris vis⁹ est: z cū hominib⁹ cōuersatus est. Infra celos rōnales: quia infra homines fact⁹. p̄s. Ego aūt sū vermis: z nō homo. Infra celos intellectuales: qz infra angelos minoratus. p̄s. Minuisti eum paulomin⁹ ab angelis z c. Infra celū super substātiale: quia seruili forma indutus. Phil. ij. cū in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sz semetip̄m exinaniuit z c. Sz qui sic infra oēs celos descēdit hodie super omnes ascēdit, scilicet sup̄ celos materiales: qz in celo emperio collocatus. p̄s. A summo celo egressio eius z occurs⁹ eius vsq; ad summum eius. Super celos rationales quia caput ecclesie cōstitutus Ephe. i. Ipsum dedit caput super omnez ecclesiam que est corpus ipsius super celos intellectuales: quia angelorū dominus ordinatus. Ibidez. Constituit eū ad dexterā suā in celestib⁹: super oēm principatum z potestatē vsq; ad celum superfabstantiale: qz vsq; ad dexteram patris exaltatus, vñ dicitur in symbolo athanasij. Ascēdit in celū sedet ad dexterā dei: dextera autē dei tripliciter accipitur. Dicitur em̄ dextera dei equalitas dei vel potentia bona dei: vel virtus z potestas dei. Xp̄s est z de⁹ noster. frater noster z iudex noster. Inquantū igit̄ est deus nr̄ sedet a dextris dei, id est i equalitate dei. p̄s. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Inquantū vero est frater noster, id est verus homo sedet a dextris dei, id est i potiori bus bonis dei: et potiori modo. Act. vij. Ecce video celos apertos z c. Inquantū est iudex. nr̄: sedet a dextris dei. i in potētia dei. Nam dedit sibi potestatez omne iudicium faciendi. Mat. vltimo. Data est mihi oīs potestas in celo z in terra. Tertio videndum est vnde ipse ascēdit: qz ab orientali plaga: cum dicitur Ab oriente. Ratio autē quare potius ad orientem ꝯ ad occidētem ascendere voluit est qz plaga orientalis erat odiosa ex eo, scz ꝙ ibi ortū habuit prima ꝓuaricatio. Erat maledicta: qz ibi ortum habuit prima maledictio dei. Erat immūda: qz ibi ortū habuit prima sanguinis effusio. Sed de⁹ cōtra tria mala ibi facit tria beneficia. Primum est quia ab oriēte magos vocauit: vt quia erat odiosa ꝓpter p̄mā prevaricationē fieret gratiosa: ꝓpter primā gentium vocationē. Secundum est: quia ab oriente ad iudicium est venturus: vt quia ibi audita fuit prima dei maledictio: ibi audiat eterna dei benedictio: qua dicet. Uenite benedicti p̄ris mei z c. Tertiuz est quia ab oriēte ascēdit: vt qz erat immunda per sanctā ascensionez fieret munda. Erat quidē immūda terra per effusionē sanguinis innocētis: sed ipsam mūdauit per aspersionē sui sanguinis. Erat immūda aqua per ablutionē hostiarū immolatarum idolis: sed eam mūdauit p̄ cōtactum sue carnis mūdissime. Erat immūdus aer ex fumo incensoꝝ: sed eum christus mūdauit p̄ suū glorioſum ascensuz. Quarto videndū est ꝓpter quid ascendit: quia ꝓ celesti anua reseranda: qō notatur cū dicit. Ecce dabit voci sue vocem ꝓtutis. Illam scz vocez de qua dicit in p̄o. Tollite portas principes vestras et z eleuamini porte eternales z c. In magnis nāq; palatijs ꝓsueuerūt esse tres ordines hostioꝝ. Jō deus palatio celi tres posuit portas ꝓut significatū est. Gen. ij. Scz angelicā custodiā q̄ signabat inimiciti⁹ inter angelū z hominē. Rūphea bis acutā q̄ representat diuinā iustitiā: q̄ satisfactionē re ꝙrebat z hominē i corpore z alas incidebat. z ignis vehemētiā q̄ significabat obligationē ad penā eternā. Sed in baptismo christi remota est vna clausura. s. ignis vehemētis. Aqua enim baptismatis extinguit oēm vim ignis infernalis. Jdeo celū tūc aptū. In passiōe vero ablata est scōa clausura. s. rūphea acuta, id est diuina iustitia: qz tunc sufficiens

preciuz solvit divine iustitie, z divine iusti tie satisfecit: ideo poterat dicere Aperite mihi portas iustitie. In ascensione vero ablata est tertia clausura. s. angelica custodia quia angelos hominibus reconsiliauit: z vtroscz in celū deduxit. Et ideo tam homines quā angeli qui eum sequebantur clamabant dicentes. Tollite portas principes vestras z elenamini porte eternales z introibit zc.

¶Sermo.clj. Eodem.die. Sermo.iij.

VIdentib⁹ illis eleuat⁹ est z nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act.j. In verbis premissis ostenditur q̄ xps tripliciter ascēdit patēter: sublimiter z reuerēter. Patēter cū dr. Videntib⁹ illis. In xpo nāq; fuerūt q̄dā mysteria q̄ fuerūt occulta sicut resurrectio: qz null⁹ eā scinit nisi xps. et qualiter claustra inferni cōfregit: z qualiter de monumēto clauso exiuit nulli manifestum fuit. Quedam vero fuerūt ex parte occulta: et ex parte manifesta sicut natiuitas: q̄ autē fuit in presepio reclinatus hoc fuit manifestuz. Sed q̄ fuit de spiritu sancto cōceptus z clausotvero natus: hoc fuit occultū. Quedaz fuerūt manifesta sicut passio z ascensio. Eius nanq; resurrectio fuit magne sublimitatis: z iō voluit eaz esse occultam. Eius natiuitas fuit magne humilitatis inquātū fuit pannis inuolutus e in presepio reclinatus: et quantū ad hoc voluit ipsam esse manifestam: z fuit magne dignitatis in quantum fuit de spiritu sancto cōceptus. z quantū ad hoc voluit ipsaz esse occultā. Passio aūt christi cedebat ad magnā infirmitatem z vtilitatē: z ideo voluit eam esse manifestā. Ascensio autē cedebat ad patris honorem z discipulorū cōsolationem: et ideovoluit eā esse manifestaz. Ex quo patet q̄ christ⁹ abscōdebat sua sublimia z manifestabat sua infima: et ea q̄ erāt ad honorem dei z edificationez primi. Sed nos ecōtrario faciamus quia nos nra infima abscōdim⁹ z nostra subblimia propalamus. de dei honore z populi edificatione sepe parum curam⁹. Per hoc ergo q̄ christus videntibus discipulis ascēdit dak intelligi q̄ ante oculos cordis nostri eius ascēsionē semper habere debem⁹. Qui em ipsam sepe meditat divinā gratiā promerek: hoc significatū e. iij. Reg. ij. Ubi cum helyseus videret helyaz ascendentē recepit duplicē spm̄ z pallium. Illi enim qui xp̄m ascendentem per fidē z denotionē cōspiciūt sepe recipiunt spiritus duplicem, id est ad duo: scz ad remissionē peccatorū z ad munera virtutū. Remisit peccatorū z ad munera virtutū. Recepit etiā pallū, id est sanctitatis eremplū primo adhibēdū. Christ⁹ aūt nō habuit spū duplici sz simplici: qz nō habuit ipsum ad remissionē petōr: qz nullū peccatū cōmisit. Habuit tn spm̄ ad munera virtutū z oim gr̄az. Ascēdens etiā i celum non indigebat pallio. i. exēplo: quis exemplo indigebat pallio. i. exēplo: quia exēpla non sunt necessaria nisi in presenti vita non sunt necessaria nisi in presenti vita. Scdo xps ascēdit sublimiter cū dicit eleuatus est. Nos etiā debemus ad ipm eleuari z ad ipm ascēdere scalā: q̄ quatuor gradꝰ debet hꝫe. Primꝰ gradꝰ dr esse scz, terrena despicere. Et p hūc gradū clenatus est Ezechiel q̄ ait. Eze. viij. Eleuauit me spūs ink celū z terrā. Nō ei dixit, Dimisit me i terra: qz ibi sunt tanari terrena appetētes. Nec dixit. Posuit me in celo, qz ibi sunt boni celestis possidētes: sed dixit. Eleuauit me iter celū z terrā: qz ibi sunt pfecti viri terrena despicientes. Sūt em sup terrā p terrenoz cōtemptū z appropinquāt ad celū p celestiū appetitū. Secūdus gradus est operibus mie vacare. Per istū gradū raptꝰ est abacuth vt habet Dañ. xiij. Qui raptꝰ est ab āgelo vsqz in babylonē portās danieli ptādius qō z messorib⁹ preparaueratq̄ qō datur intelligi q̄ homo iterdū debet pauperes remotos indre: z ō necessariūs dare: z bonos iniustis pponere. Tertiꝰ gradus est deum z primū perfecte diligere: per hūc gradū ascēdit helyas qui i curru igneo raptꝰ est. Currus igneꝰ est ipsa charitas: quatuor rote sunt quatuor modi diligendi scz ex toto corde: ex tota mente: ex tota anima z ex omnib⁹ viribꝰ: vel quatuor rote sunt quatuor diligēda scilicet deus, amicus, inimicus, z nosipsi. Quare gradus est divine cōtemplatiōi insistere: per

hunc gradum ascēdit paulus: z est z fuit vsqz in tertiū celū raptus. Ascēdere autē in deum per creaturarū visibiliū mandu cationē est ascēdere vsqz ad primuz celū. Ascēdere per intellectualiū considerationem est ascendere vsqz ad secundum. Ascendere autem per intellectum ad dei formam immediata intuitione: est ascendere vsqz ad tertium celum. Tertio ascēdit honorabiliter cū dicit. Et nubes suscepit eum. Voluit autem cum nube celesti ascēdere ad innuēdū q̄ sicut impleuerat terrestria mundū redimēdo z infernalis patres educēdo: sic volebat iplere celestia ruinā angelicā reparādo: vt implere dicit illud qō dicitur. Ephe. iij. Qui descēdit ipse est qui ascēdit super oēs celos vt adimpleret oia. Ut vero meli⁹ videam⁹ quomodo oia adimpleuit. Notādū q̄ in mādo quintuplex erat defect⁹ q̄ notatur. Est. s. primus erat habitationis gre. cū dicit In principio creauit deus celū z terram, acsi dicat: terrā dedit homini: celuz vero reseruauit sibi. Secūd⁹ erat ignorā tie q̄ homo viā patrie nesciebat. cuz dr. Tenebre erāt. Tertius aūt erat defect⁹ gratie cuz dr inanis: qz sicut dr Eccl. xxx. Homo acharis, id est sine gr̄a q̄si facula vana. Quartus erat defectus mie. cū dr, Et vacua. Erāt enim vacua scz dei mia: z plena dei iustitia. Quintus erat defect⁹ perseuerantie: qz homines fragiles erāt ad perseuerantiā boni z tollerantiam mali. cum dicit Abyssi, id est sine base virtutis Christus igitur p̄tio ascēdit vt celestē iuuentutis aperiret z sic adimpleuit defectū habitationis gratie. Heb. ix. Per p̄priū sanguinē introiuit semel in sancta sanctorū. zc. Scdo ascendit vt viam in celū ostenderet z sic adimpleuit defectum scientie. Dicher. ij. Ascēdit pandēs iterāte eos. Tertio ascēdit vt spiritū sanctum mitteret: z adimpleuit defectū gratie. Johannis. xvj. Si em nō abiero paraclit⁹ nō veniet ad vos zc. Quarto ascēdit vt p nos intercederet z patrē ad miaz inclinaret. Et sic adimpleuit defectū misericordie. Heb. xj. Introiuit in ipsum celū vt appareat vultui dei p nobis. Quinto ascēdit vt per missionem spūssancti vt corda discipulorū debilia roborar et. Et sic adimpleuit defectū perseuerantie. Ps. Verbo dñi celi firmati sunt z spiritu oris eius omnis virtus eorum.

¶Sermo.cliij. De eodē. Sermo.iiij.

ECce duo viri astiterūt i vestib⁹ albis zc. Isti duo viri fuerūt duo angeli in forma virili positi q̄ apl'os instruxerunt. Ceteri autem psallentes cum xpo ascēderūt. De ipsis nāq; angelis circa domiciliā ascēsionē q̄tuor legunt. s. eoz reuelatio, admiratio, eductio, z iubilatio. Primū nāq; est reuelatio. nō fm Dionysiuz. Lex divine boni satis est vt illumiationes suas influat superiorib⁹ superiores mediis, z mediis inferiorib⁹ ac inferiores nobis. Ista lex hodie est fuata. Nā ipe dñs noster iesꝰ xps suā ascēsionē superiorib⁹ angelis reuelauit qn ipsis interrogātib⁹. Quis ē iste rex glie. Rndit Ego q̄ loquor iustitiā z ppugnator sum ad saluandū. vt dr Esa. lxiij. Deinde ipsi superiores mediis reuelauerūt. ps. Dies diei eructat verbū. Dies diei verbū eructauit qn reuellauit ascēsionis mysteriū supior hierarchia medie. deinde mediis inferiorib⁹ reuelauerūt qn ipsis inferiorib⁹ interrogantib⁹ Quis est iste rex glie. Respōderūt. Dñs virtutū ipse est rex glorie. Deinde ipsi inferiores nobis reuelauerūt: quādo infor ma viri apparētes dixerūt. Hic iesus qui assumpt⁹ est a vobis in celū zc. Scdo est eoz admiratio. Admirabant em videntes q̄ terra ascēdebat supra celū. Cū enim olim dictū sit. Prouer. xxv. Celū sursuz z terra deorsuz. Iā in xpi ascēsiōe ecōtrario dici poterat terra sursum z celū deorsuz. Admirabātur q̄ homo ascēdebat supra angelum. Un ps. Ascēdit sup cherubin z volauit. q̄ homo ascēdebat vsqz ad deū. Dañ. vij. Venit vsqz ad virū q̄ sedebat in throno Insup poterant admirari de tali corpis q̄litate. de tāta decora societate: z de tāta potestate. Esa. lxiij. Quis est iste q̄ venit ō edō tinctis vestib⁹ ō bosra. ecce q̄s admirabil corpis q̄litas. Iste nāq; formos⁹ i stola sua: ecce q̄s formosa societas ale em sanctoꝝ sunt decora vestis xpi gradiēs in multitudine fortitudinis sue. ecce quā-

ꝑ potestas. Tertiū est eoꝝ deductio. Deducebāt enim ipsum in celum tanq̄ regē in signum reuerētie ad solū maiestatis. Esa. ix. Super solium dauid ⁊ sup regnū. eiꝰ sedebit. Tanq̄ summū sacerdotē ⁊ pōtificem in signum obedientie in tēplū paterne pietatis. Heb. iiij. Habētes pōtificē magnū penetrauit celos iesum ⁊c. Tāq̄ eternum iudicem in signū potentie ad sedem iudiciarie potestatis. Matt. xxv. Cū venerit filiꝰ hominis in maiestate sua: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue ⁊c. Tāq̄ victoriosum pugilē in signum victorie ad brauium triumphalis victorie. Apocal. iij. Ego vici ⁊ sedi cū pfe meo in throno eiꝰ. Tāq̄ sponsum in signū letitie ad thalamuz nuptialis festiuitatis. Deut. xxiij. Amātissimus dñi habitabit confidēter in eo quasi i thalamo tota die morabit. Quarū est eoꝝ iubilatio. Angeloꝝ em̄ q̄ cuz christo ascendebāt quidā precedebāt vt viam ꝑpararēt ⁊ demones deaere expellerent: quidam vera cōcomitabant vt sibi assisterent. quidam sequebant vt obsequium sibi exhiberēt. Omnes autem ⁊ q̄ precedebant ⁊ qui concomitabant ⁊ qui psallebant ⁊ christū cum laudibus deducebant quoꝝ q̄dā vocibus iubilabāt: quidam tubis clāgebant. ps. Ascēdit deꝰ in iubilatione: dñs in voce tube: quidā citharizabant. ps. Laudate eum in psalterio ⁊ cithara: quidez toto corpore plaudebāt. ps. Omnes gētes plaudite manib⁹. Omnes enim sine intermissione ꝓtinuatis vocibus psallebant dicentes. psallite deo nostro psallite regi nostro psallite.

¶ Sermo. cliij. De eodem. Sermo. v.

OMinus qui dē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū: et sedet a dextris dei. Marci vltimo. Bñs marcꝰ descri bēs xp̄i gloriosum ascēsum quatuor oñdit scz q̄ xp̄s in sua ascēsione habuit multā potestatē cum dicit. Dñs quidē iesus: ⁊ q̄ habuit cum aplis multā familiaritatem cum dicit. Postq̄ locutus est eis: ⁊ q̄ habuit in sua ascensione magnam sublimitatem cum dicit Assumptus est in celū. Quod habuit multā maiestatem cū dicit Sedet a dextris dei. Potestas' quidē ostendit: qñ dñs appellat. Oñderat ꝺ se dñz maris qñ sup mare ambulauit ⁊ eo rū q̄ sunt in mari: qñ magnā multitudinē nem piscū capi fecit. Oñderat se dñm terre. qñ in sua passione terra cotremuit. Et eoꝝ q̄ sunt in terra qñ mortuos suscitauit Oñderat se dñm inferni. qñ vectes ferreos confregit ⁊ eoꝝ q̄ in inferno: qñ deꝺ monē alligauit ⁊ sanctos patres ide eduxit. Modie aūt ostēdit se dñm aeris quando ꝓpria virtute per aerē ascēdit ⁊ eoꝝ q̄ sunt in aere: qñ ipm nubes lucida baptizauit. Vñ glosa sup illud Actuū. i. Etnubes suscepit eū. dicit. Creatura videlicet obsequit creatori. Altra enim indicat nascentē patienti compatiuntur. ascendentem nubes suscepit. Ostendit etiā se dñm celi quando celum sibi aperuit ⁊ eoꝝ que sunt in celo qñ ois angelorꝝ multitudo sibi obuiauit ⁊ ipsum i celo deduxit. Scdo christus in sua ascensione ostendit apostolis magnā familiaritatem. Et hoc maxime in trib⁹. primo in hoc q̄ cum eis comedit tanq̄ dulcis amicus. Solent enim amici ab inuicem discessuri inuicē epulari. Unde dr Et conuescēs precepit eis ⁊c. Scdo in hoc q̄ eis benedixit tanq̄ eorum eps vt habetur. Luce. vltimo. ⁊. j. Petri. ij. Cōuersi estis ad pastorē ⁊ episcopū animarū vestrarū. Tertio in hoc q̄ eos instruxit ⁊ increpauit tanq̄ magister verus. Unde dicitur q̄ exprobrauit incredulitatē eorū ⁊ duriciam cordis. Tunc eos em̄ maxime increpauit quando ab eis erat discessurus ⁊ videbant potius consolationibus indigere: per quod datur intelligi q̄ nullo debet indignari si corripiat: sz debet patiēter ferre ⁊ se emendare. Sunt tamen quidam quidam reprehendunt habēt se ad instar cere, quidam ad instar lapidis, ⁊ q̄ statim cedit: sic plerīq̄ aliquo verbo correptionis tanguntur statim cedunt. Alii si tangitur non cedit, nō tamē ledi: sic plerīq̄ si corriguntur non acquiescunt. Alii si tangitur non cedit, nō tamē ledi: sic pleriq̄ si corriguntur non acquiescunt. tamē reprehendēti iniuriosa verba non inferūt Spina autem si tangitur nō cedit nec ledit, sic plerīq̄ si reprehendant nec per pungit, se corrigunt, ⁊ insuper in reprehendentē

verba cōtumelioſa ꝑferunt. Tertio christus in sua ascēsione habuit magnā sublimitatem. cum dicitur. Assumptꝰ est in celū. Non em̄ fuit trāslatus sicut enoch. nec subnectus sicut ipse helias nec raptꝰ sicut paulus sz fuit assumptꝰ idest a seipso sumptꝰ. Per hāc autem quadruplicez differentiam ascendētium ostendit: quadruplex gradus ascendentium in deum. Primus est quo quis transfert de culpa in gratiā. Iste significatur per translationem enoch in paradisum. Gratia em̄ dei dicitur paradisus. Ecclesiastici. xliij. Gratia dei sicut paradisus benedictiōis. Significatur etiam per trāsitū filioꝝ israel de egypto in desertū. Secundus gradꝰ est quo quis subuehit de gratia incipiēte in gratiam proficientē. Et iste significatur per subuectionē helie in curru igneo quia gratia dei est currus igneus: qz bona opa ⁊ huiusmodi similia currere nos faciunt: in amorem dei ⁊ proximi nos incendit. Significat etiam per secūdū trānsitum filiorum israel quo de mānsione in mansionem transierūt. Tertius gradus est quo quis in deum rapitur p cōtemplationē, ⁊ iste significatur per raptū pauli qui vsq̄ ad tertium celum raptus est. Et etiam iste significatur per transitū filiorū israel quo de mānsionib⁹ in terram promissionis peruenerūt. Quartus gradus est quo quis transit de contemplatione vie ad contemplationem patrie iste significatur p assumptionē xp̄i i celū. Significatur etiam per quartum transitum filiorum israel quo de terra promissiōis per multa certamina in hierusalem, id est in visionem pacis postmodum peruenerunt. Quarto christus in sua ascensiōe ostendit suam maiestatem: cum dicit. Et sedet ad dexteram dei. Ex eo autē q̄ ad dexteram dei sedet fiduciam habemus ascendēdi ad deū. Primo quia ibi est caput nostrum glorificatū. Et ideo sibi membra coniungit. deforme enim esset caput sine membris. Et qui recipit caput in hospitio suo ⁊ ipse membris hospitum non negabit. Joā. iij. Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo: caput scz cum membris. Secundo quia habemus ibi fidelem socium qui manum nobis porrigit ⁊ nos ad se trahit Deut. xxiij. Ascēsor celi auxiliator tuus. ps. Tenuisti manū dexterā. Cañ. j. Trahe post te ⁊c. Tertio quia ibi habemus sapientē aduocatum q̄ pro nobis allegationes proponit. j. Joan. ij. Si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrem Jesum christum Sic enim in ipso mūdo fuit cū peccatoribus apud patrem pro eis aduocādo in iudicio autem erit cōtra peccatores ipos puniēdo. Quarto quia ibi habemus precursorē presentiam qui viam nobis ostendit. Mich. ij. quia ibi habemus fratrum nostroꝝ collegium qui suis orationib⁹ ⁊ meritis nos perducent. ps. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium mihi. Unde dicunt illi qui sunt in hierusalē idest in dei visione illis qui sunt egypto idest in hoc mundo illud quod habetur. ij. Macha. j. Hic sumus orantes pro vobis.

¶ Sermo. cliij. De eodem sermo. vj.

SIgna autem eos qui crediderint hec sequentur ⁊c. Non vult dicere dominus q̄ quicūq̄ credit omnia ista sigma facit sed qb⁹ ista signa inter fideles ⁊ credentes fiant Nam alius eiūcit demonia alius fugat serpentes alias loquit linguis nouis: alius venenum bibit ⁊ sibi nō nocet alius sanat egrotos. Ista autem quinq̄ signa intelliguntur literaliter aut spūaliter Si litteraliter intelliguntur tūc in ecclesia primitiua frequenter fiebant: nō autem raro. Ecclesia autem habuit triplicem statum scilicet primitiuum moderatum ⁊ vltimū. In statu primitiuo frequēter fiebant modo autem raro ⁊ in vltimo statu .i. antichristi fiēt rarissime. In primitiuo nāq̄ statu frequēter fiebant: quia ⁊ secundum Chrys. Cetera miracula habent admirationem ⁊ vtilitatē ⁊ necessitatem. Tunc igitur miracula fieri oportebat secundum Chrisō. Et propter admirationē: quia homines erant sensib⁹ assueti: ⁊ ideo erant aliquib⁹ mirabilib⁹ subleuādi. Et propter vtilitatem quia ⁊ tunc multi erant infideles ⁊ erroribus inuoluti. Moderno autem tempore raro fiunt cū hoc nō suadet necessitas ex eo q̄

sunt fideles. Aliquando tamen fiūt quia hoc sua detvtilitas: quia aliquando inue niuntur aliqui infirmi ⁊ indigentes Quare autem modo non fiant ita indifferēter sicut in primitiua ecclesia. triplex est ratio Una est propter dei firmamentum: quia modo ecclesia est in fide firmata ⁊ stabili ta. Ista m rationem assignat. Aug. de ciui. dei dicēs. Quisquis ad hucpro digia vt credat inquirit. magnum est ipse prodigium qui mundo credēte non credit. Tertio propter fidei maius meritum qz secundum. Grego. Fides non habet meritum vbi humana ratio ꝓbet experimētum In fine autem rarissime fient triplici de causa secundum Isid. Siue vt pſequētium manus audacior efficiatur: siue vt sanctorum patientia comprobetur. siue vt qui casari sunt eorū leuitas ostēdatur. Secundo hec miracula possunt intelligi spiritualiter ⁊ tūc ista miracula quotidie fiunt. Primo namqꝫ sunt multi qui demonia eiiciēt auarus enim habet demonem qui vocatur māmon Sed luxuriosus demonem habet qui vocatur asmodeꝰ. Superbus vero habet demonem qui vocatꝫ lucifer. Uarijs tentationibꝰ agitatus habet demonē qui vocatur beelzebub: qui est deus muscarum. Si ergo aliquis sanctus vir per suam predicationē vel orationem conuertit aliquem anarū vel vsurariū expellit mammonā. Si cōuertit luxuriosum expellit asmodeū. Si vero conuertit superbū expellit luciferū. Si autē conuertit tentationes varias patientem expellit beelzebub. Secundo linguis loquunt nonis. deꝰ namqꝫ tres prouincias fecit scilicet celestem, terrestrem ⁊ infernalem. Linguagiū prouincie celestis est deum laudare. Terrestris vero est de diuitijs tractare. Infernalis vero mentiri ⁊ blasphemare. Quando enim aliquis cōsueuerat loq linguagium prouincie terrestris tota die de terrenis tractando vel quando quis ꝓsueuerat loqui linguagiū prouincie infernalis mētiēdo ⁊ detrahēdo ⁊ quersus incipit loqui linguagiū prouincie celestis deum laudando ⁊ priuā edificando iste loquit linguis nouis. Tertio serpētes tollūt, serpēs aliqñ tollunt per amputationem caude, ⁊ tūc adhuc viuit. Aliquādo per amputationē corpis ⁊ tūc similr viuit, Aliqñ per strictionem capitis ⁊ tūc omino extinctus est. Quidam igitur tollūt serpentē quātū ad amputationē caude: qui dimittūt peccatū ꝗtū ad actū exteriorē ⁊ non ꝗtū ad actuz interiorem scz cogitatū ⁊ cōsensum: ⁊ ifi imperfecte tollunt serpētem quantū ad amputationē corporis ꝙ dimittūt peccatū ꝗtū ad actū: ⁊ quātū ad cōsēsum: sed nō quantum ad cogitatū ⁊ ifti semplene tollūt. Quidā vero tollūt ipm serpentē quātū ad cōtrictionē capitis ꝙ dimittūt peccatū ꝗtū ad actū quantū ad consensum. ⁊ quantum ad cogitatū Et isti perfectius me tollunt. Quarto aūt si moriferū quid biberint non eis nocet. Moriferū autem non eis nocet qñ guſtatur: sed non bibit, qñ bibit sz statim reſciaſ aut qñ tiriache medicina adhibetur. Quādo igitur diabolus aliquā moriferā suggestionem alicui offert his tribus casibus nocere nō pōt. Primo quādo quis illā guſtat sed non bibit hoc est sentit sed non ꝓsentit: qz statim diabolo resistit ⁊ cōtradicit. Jaco. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Secundo quādo quis bibit per cōsensum ⁊ operationem scz statim reſcit per cōfessionem. Prouer. xxx. Uerba congregantis filijvo mentis. Ille enim qui peccata congregat per operationem: statim debet ea euomere per cōfessionē. Tertio quando recurrit ad tiriacam. i. ad sanguinem ihesu christi. Aug. effusus est sanguis medici ⁊ fasti. cta est medicina frenetici. Quinto super egros manus imponent ⁊ bene habebūt Sunt quidā sani, quidā infirmi. Quidaꝫ mortui quidam fetidi. Sani sunt iusti. infirmi sunt de nouo ꝙuersi mortui sunt peccatores fetidi sunt diu in peccatis permanentes. Sancti igitur viri aliquando ponunt manus suorum meritorumꝫ id est suorum suffragiorum super sanos: non vt sanentur sed vt in sanitate conseruentur. et maiorem gratiaz mereant Act. viij. Tūc imponebant super illos manus ⁊ accipiebāt spiritū sanctum. Imponūt super infirmos et infirmos vt ad bene opandū fortificentur. Jaco. v. Infirmaꝫ quis in vobis inducat presbyteros ecclesie. ⁊c. Imponunt sup mortuos vt a peccato reuiſ centur qđ significatum est Math. ix. vbi dominus tenuit manū puelle mortue dicens. Tibi dico surge imponunt super fe ſdos vt misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quatriduano et fetido quam deus misericorditer suſcitauit.

¶Sermo. clv. De trāslatione beati dominici. Sermo primus.

trare merui carnem mortificatã: aiaz inflãmatã: z diuinitatẽ suprema z humilitatẽ verã. Sequitur ordo principatuz, quorũ officiũ est regnis z prouincijs psidere hostes cõprimere: bonos custodire demones arcere: z in tribulationib⁹ ptegere. Istud quintuplex officiũ habuit ỹgo maria. Eccl. xliij. In omni gente z in oi pplo principatũ habui: ecce qz super oẽs principatũ gerit, o im excellentium: sublimiũ cola calcauit: ecce qz hostes cõprimit, gyruz celi circuiui sola: ecce quia bonos custodit, z pfundũ abyssi penetrauit: ecce qz demones ipsa expellit: z in fluctibus maris ambulauit: ecce qz in tribulationib⁹ ptegit, dicãt ergo principatus. In nro stare debes ordine q̃ sic i oi gẽte principatũ geris: sic hostes cõprimis sic z bonos custodis: sic demones cõteris sic in tribulatiõe ptegis. Rñdet illa z ỹt. Nõ vos desero: iz sicut galban⁹ in vobis maneo. Scõm aũt Isidoz. Galban⁹ est succ⁹ herbe q̃ feruida dicit q̃ qdem vulnera sanat: serpẽtes fugat: frigidas passiones curat. Dicat ideirco ỹgo maria. Nõ vos desero: sed vobiscũ remanet odor pietatis mee q̃ petoz vulnera sepe sanauit virt⁹ potestatis mee quas demonũ tẽtationes sepi⁹ refrenauit z ardor charitatis mee vobiscũ manet: quia charitate mediãte tepidos ad amorẽ celestiũ inflãmani. Sequitur ordo dñationũ quorũ est offiñ subditos sibi angelos purgare, illuminare z perficere. Istud triplex off. cum maria hz que a culpa purgat affectinã ab ignoratia illuminat itellectinã z ab infirmitate pficit operatiuã. Dicãt igitur dominationes. Presentiam tuã dña nobis nõ subtrahas que plen⁹ q̃ nos purgatiões illuminatiões z perfectiones omnib⁹ administras. Respondet illa z dicit. Nõ vos desero: sed qua si vngula inter vos maneo. Est aũt vngula fin glosam dextra parua suaue redolens habẽs formã vnguis humane. Ungula aũt est lucida a deo vt tãq̃ in speculo plerq̃ imagines in ea contemplent: significat ỹginẽ q̃ dei speculũ facta fuit. Speculũ nãq̃ est vitro z plũbo cp̃ vitrũ eius lucida virginitatis per plũbum ei⁹ ductrix humilitas designat. Nec sola ỹginitas, nec sola hũilitas eã fecit sed vita tãta cognitionẽ habuisti. z sciam do audiẽdo per inspirationẽ: modo do per cõtemplationẽ: modo tãgẽdo per operationẽ: modo gustãdo p affectionẽ: modo orãdo p deuotionẽ. Nũc do per apertam visionem. Respondet illa z dicit. Nõ vos desero: sed sicut libamen inciſus vobiscũ maneo. Libanus ratio interpretatur. In virgine aũt fuerunt cãdida nunq̃ incisa. i. Thes. Integer spirit⁹ vester z anima z corp⁹ querela seruet. Ipsi⁹ aũt spirit⁹ integritas fuit qz nunq̃ a deo separari potuit. anima indiuisa: qz nunq̃ a dominio rationis recessit. Eius nanq̃ corpus fuit incisum: qz semper integrũ permãsit. Dicãt igitur. Nõ vos desero: sed sicut libamen inciſus vobiscũ permaneo: qz in illum vos delectari debet odor ispus qui a deo nũq̃ separatus fuit odor mee: cã nunq̃ a dominio rationis recessit. odor corporis mei qui semper illi subditus permãsit. Sequit ordo seraphin qui interpretatur ardentes. Sicut nanq̃ dicit Bernardus. Voluntas quãdo veritati per gratiã associatur: z sursum tendit amor est. Cum promouet z ad ipsa grauia delectat dilectio est. Cum vero appetendit tenet z fruit charitas est. Quãdo igit gratia dei coz virginib⁹ sursum elevat: generabat in ipsa amorẽ p̃mouebat dilectionem, qñ cum dilecto eã totaliter vniebat: faciebat in eius animo charitatẽ. Dicãt ergo illi de ordie seraphin. Nobiscũ dña remanere debes que plenitudine tãto amore tãta dilectione: z tã ardenti charitate. Respõdet illa z dicit. Non vos desero: sed tãq̃ balsamũ nõ mixtuz vobiscũ maneo. Sicut nãq̃ ỹt Isidorus habetur in glosa. Balsamum nõ mixtuz aliarum cognoscitur: iz quãdo lac coagulat: q̃n in aqua nõ supernatat: z qñ lacrimam non maculat. Tunc igitur vere amor dei esse cognoscit quando coz totaliter, vnitur per superbiã non maculat: z nulla macula peccati pollitur. Nõ fuit in virgine per omnes suas dies: sed vixit in deo viuebat super alios se ipsa despiciebat: z nullam peccati maculã habebat. Dicat ergo a vobis non recedo: iz q̃si balsamũ nõ mixtũ, id est per amorem purũ vobiscum maneo quem quidẽ puruz sepe me probastis: z per cordis cum deo vnitatẽ z per profundam humilitatem: z per peccati, omnimodam immunitatem.

¶ Sermo. ccxviij. De eodem. Ser. viij.

Vlla habitatio ne sancta coram ipo ministratui. Eccles. xxxvij. In verbis premissis primo cõmendatur habitatio cũ dicitur In habitatione sancta. Secũdo ipsi⁹ habitatricis officij executio cũ dicitur. Coram ipso ministrauit. Sancta nãq̃ habitatio dicitur celestis patria iurta quadruplicẽ acceptationẽ huius nominis quod est sanctum. Est enim sancta, id est munda: q̃tũ ad ipsam habitationẽ. Apoc. xxj. Ipsa ciuitas aurũ mundũ: z q̃tũ ad ipsuz habitatorẽ vt ibidẽ. Nõ introibit illã aliqd coinquinatũ. Hec aũt habitatio terrena est immunda. Et q̃tũ ad habitationem. Hiere. lij. Polluisti terrã in fornicatiõib⁹ tuis. Et q̃tũ ad habitatorem. Eiusdẽ. ij. Quomodo dicis. Non sum polluta ꝛc. Secundo sancta est idem q̃ firma. Et q̃tum ad habitationem. ps. Fundamenta eius in mõtibus sanctis. Et q̃tũ ad habitatorem. Apoc. lij. Qui vicerit faciam illum columnã in templo dei mei. Hec aũt habitatio terrena nõ est firma q̃tũ ad se ij. Joã. ij. Mundus trãsit z concupiscentia eius nec q̃tum ad habitatorem. Job. xiij. Homo natus de muliere ꝛc. Tertio dicitur sctã, id est sacro vsui deputata. Et q̃tum ad se: quia deputata est ad producẽdum rosas martyrũ: libanum: id est thus odoriferum confessorũ z lilium virginũ. Eccl. xxxix. Quasi rose plãtate super riuos aquarum fructificates z quasi libanus odorem suauitatis habentes ꝛc. Et q̃tum ad habitatorem sui deputatus est ibi ad laudandum ps. Beati qui habitãt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Hec autem habitatio terrena est malo vsui deputata: scilicet ad producẽdum spinas tribulos z vrticas, id est homines superbos auaros z luxu-

riosos. Et ẽptũ ad habitatorẽ ꝙ deputauit se ad metiendũ z ad furãdũ: z hmõi. Ozee. iiij. Maledictũ z mẽdaciũ z homicidiũ z furt ũ z adulterũ mundauerũt. Quarto est sctã, id est sãguine tincta. Et ẽptum ad se: qz eius tanua fuit sanguine christi reserata. Hoc significatũ est. Exo. ij. Ubi precepit dñs q̃ de sãguine agni liuirentur postes. Et ẽptuz ad habitatores qui xpi sanguine sunt redẽpti. Apocal. j. Lauit nos a pctis nostris in sãguine suo. Hec aũt habitatio terrena tincta est sanguine malo, z ẽptum ad se. s. sãguine homicidiij. ꝑs. Interfecta est terra in sãguinib⁹. Et ꝑtũ ad habitatorez. s. sanguine pcti. Esa. ix. Man⁹ vestre pollute sunt sãguine. Scõo ꝙmẽdat i habitatrice sui officij executio. cũ dicit Cozã ipo ministrani. Deus em̃ suam ministram z officialem eã fecit: z multipler ministeriũ z officium sibi cõmisit. Primũ est, qz est eleemosyna ria celi: et ista eleemosinaria nõ est tenax: necauara. Prouer. vlti. Manũ suã aperuit iopi: et palmas suas extẽdit ad pauperes cuius liberalitas in trib⁹ determinatur. Et qz brachiũ versus peccatores extensum tenet qz manus apertas hz. Et qz manus plenas eleemosinis possidet. Per brachium extensam potẽtiã per manum apertã scientiã. per manum plenã liberalitas designatur. Tenet igit brachium extensum: qz põt omnib⁹ misereri. Tenet manũ apertã: qz scit optimo tẽpore miserei. Tenet ẽt manũ plenã: qz vult omnib⁹ oĩ tẽpore misereri. Sz de liberalitate istius eleemosinarie dicit ibidez. De nocte surrexit dedit predã domesticis suis: z cibaria ancillis suis. Et infra omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Habet ẽgo ancillas, id est alas dei ꝓcepta seruãtes. Istis cibaria ipẽdit: qz cibo diume eas pascit. Habet etiam domesticos, id est viros perfectos. Et istos vestit duplicibus: qz animã vestit virtute: z corpus vestit cãdore innocentie. Hz filios secretarios qui scilicet virginitate sunt prediti et sibi intima deuotione conuncti. Et istis dat predam, id est gratiarũ z virtutum abundãtiã copiosam. Scõm ministeriũ est qz facta est cellaria spũssanci. Uñ ipsa dicit. Cãt. ij. Introduxit me rex in cellã vinariã. de ista cella prinat vinũ sanctis qui sunt in via ad alios ꝙ satietatẽ: z illis qui sunt in patria ꝓ nam ebrietatem. Cãt. v. Bibite amici mee inebriamini charissimi. Ihũ assimilatus teri nunq̃ deficiẽti. Cãtico. vj. Umbra tu⁹ sicut crater tornatilis nunq̃ indigeat poculis, Ipsa enim est crater inquã ipse perinfundit. Et est tornatilis inquã ipse cũ circa semp vadit. Et est nunq̃ indigens poculis inquatũ nunq̃ ena cuatur: sed semp est plena. Hilo aute cibo nos pascit z potu reficit q̃ scripsam fouet z sustentat. Ut ibidẽ. Comedi fauum cum melle meo. Bibi vinũ meum cum lacte meo. Ipse enim in quo est cera humanitatis: z mel diuinitatis in suo vtero portauit. ipsa vinũ caritatis in suo vtero portauit. ipsa vinũ cum lacte bibit quãdo spiritussanct⁹ z ei mam implenit vino celestis gre z carnem perfudit lacte virginalis mũdicie. Eodẽ modo pascit nos fauo: qñ et nos facit delectari circa christi humanitatem: z pascit; melle quãdo nos facit delectari circa christi diuinitatẽ z similiter nos potat vino z lacte quãdo dat nob⁹ spũa: z lenitatem in mente: z mundiciã in carne. Terciũ ministeriũ est: qz facta ẽ thesauraria dei. Habet quidẽ deus thesaurũ potentie sapientie et mie. Ipsa nanq̃ habet thesaurum potẽtie per quẽ thesaurus ipsa dei potenter ad se traxit. Cant. j. Cum esset rex in accubitu suo. ꝛc. quo potẽter diabolum contriuit. Gen. iij. Ipsa cõterit caput tuum quo nos potẽter in celestez gloriam introduxit. Eccl. xxiiij. In hierusalem potestas mea. Habet thesaur⁹ sapiẽtie q̃ quem nobis diuinã cognitionẽ infundit. Eccli. xxiij. Ego mater pulchre dilectionis z agnitionis: z i mari presentis seculi nos sapiẽter dirigit. Iõ vocat stella maris: z actus nostros sapiẽter dispõit. Prouerbioꝝ. xxiij. Sapiens mulier domũ suã edificat ꝛc. Habet thesaurum misericordie quẽ largiter dispensat. Eccles. xxiij. In plenitudinem sanctoꝝ detentio mea. Dispẽsat communiter. vt ibidez dicitur. Trãsite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me ꝛc. Dispẽsat faciliter: qz non permittit se diuti⁹ rogari. Ecclesia. iiij. Cor lopis ne afflexeris: et ne protrahas datum angus

stti. Dispensat sapienter: qz quando luna: z necessitas: ideo vocat luna: qz ꝛ nocte aduersitatis quãdo sol abscondit se. lucet vicina terrene, id est peccatis ꝛ humiliatis. Quartũ ministeriũ est qz cõstiaria paradisi. Ipe nãq̃ est per quẽ ad paradisum intramus per eã clausuz est: sed per eã aptum. Ipa est que nos suis meritis in atriũ principis introduxit. vnde vr Joh. xviij. Ancilla ostiaria virgo maria q̃ se ancillã dixit. Ipsa nãq̃ virgo maria est fenestra per quã deus oculo misericordie nos respicit. Unde de ea cãtat ecclesia. Intret tua flebiles celi fenestra facta es, ipsa misericordie aperit: vñ sepe est rogãda. Ministeriũ est: qz est aduocata generis humani. Bon⁹ aduocat⁹ dz habere diligentiã z cozã rege aliquã potẽtiã z cozã regis magnã gratiã z in propositis allegationibus magnã sapiẽtiã. Hec tria fuerunt i maria: que etiã de ea tã ꝓpheta dicẽs. Astitit a dextris tuis regina quante diligentie. Regina ecce quã potentie. In vestitu deaurato: ecce quã sapientie. per auruz enim sapientia designatur circundata varietate. i. sanctoꝝ multiplicitate ecce quãte in cõspectu filij regis benivolẽtie z reuerẽtie ibi em̃ circumdata aureus apostoloꝝ. Ruꝺe⁹ martyres celestis, confessoꝝ albus virginum. Hec tanq̃ regina suaz associant.

(Sermo. ccxix. De eodẽ. Sermo. ix.

Maria optimã

partem elegit que non auferetur ꝛc. Luce. x. Istud verbum ꝓprie nulli competit nisi virgini marie nec homo enim vel angelus qui optimam partem habet, nullus est. Deus autem non habet partem sed totum. Sola nanq̃ optimaz partem habet: quia est mater creatorem qui totũ tenet: z omnem creaturam que bonaz vel meliorem partem possidet. Ista autem pars optima quam elegit intelligitur et in vita presenti, et in vita celesti. Nam in vita presenti multiplicẽ partẽ optimam habuit. Quarũ prima considerat ẽptum ad castitatis cõseruationẽ. Castitas aũt tres partes habet. Una nãq̃ est castitas cõiugalis Et ista vtiq̃ est pars bona que hz fructũ tricesimũ. Scõa est castitas viduales z ista est pars melior Et ista habet fructũ sexagesimũ. Tertia est excellẽtia ꝙginalis. z ista est pars optima q̃ habet fructũ cẽtesimũ. z istã prẽ optimã elegit. vt tñ oñderet q̃ fuit pfona cõis volnit esse cõiugata cũ ꝙiugati. z vidua cũ viduis: z immaculata cũ imaculatis Scõo cõsiderat ẽptũ ad vite pfectionẽ. Est em̃ actiua vita que est pars bona vita cõtẽplatiua que est pars melior: z ex vtraq̃ cõpositus que est pars optima. Et istã virgo maria elegit. Ideo significat per illas duas sorores: scilicet per Marthã q̃ fuit actiua z per Magdalenã que fuit cõtemplatiua. Et qz actiua intendit primo cõtẽplatiua deo magna laus fuit i virgine que vtraq̃ vitam circa filium suum deuote exercuit. Nã quãtum ad diuinitatem contemplationi eius semper intẽta fuit. Quãtum vero ad humanitatẽ sibi chedule ministrauit: qz sibi domũ eburneã ꝓparauit ipm carne purpurea induit: lacte de celo sub ministrato cibauit ac potauit: i tribulatione z in cruce positũ visitauit. Tertio accipit ẽptũ ad gre cumulationem. Deus em̃ habet quadruplicez mensuram. De qua dicitur. Luce. vj. s. bonã que est ad iustificationẽ z hec est pars bona Confertam scilicet quãdo alicui vltra cõferẽ scilicet ad sui iustificationem z ad aliorum salutationem et hec est pars melior. Coagitatam quãdo de⁹ gratiã agitãdo in anima cõfirmat sicut quãdo fuit in vtero sanctificata. Et hec est pars optima. Supfluẽtem q̃ de sua plenitudine alijs effundit z hec est pars optima q̃, fuit in xpo et matre eius. Quarto accipitur et consideratur ẽptũ ad perfectam humiliationem. est autẽ triplex gradus humilitatis primus scilicet subiici suo superiori. z hec est bona. Secũdus vero est subiici equali z hec est pars melior. Tertius est subiici suo inferiori. Et hec ẽ ꝑs optima. Ego em̃ beati

ta non soluz subiecta fuit superiori.i. deo z non solū subiecta fuit equali.i. suo sponso sed subiecta fuit suo inferiori.i. helizabeth apud quā tribus mensibus ibidem mansit atq; sibi deuote seruiuit. Ipsa nāq; virgo de deo sentiebat digna. de seipa parua: z de proximo magna. Quinta ps accipit ꝯtum ad studiū z operationem. Quidam enim intendunt proximo p eruditionem z hec est pars bona. Alij intendunt sibi per discussionez z hec est pars melior alij intendunt deo per vocationē et hec est pars optima. Virgo maria z proximo intendebat per doctrinā z sibi per custodiā z ipsi deo per meditationem interna. Unde poterat dicere cum prophe ta Meditatus sum nocte cum corde meo deo scilicet vacādo: z exercitabar. proximum scilicet erudiendo: z scopebā spiritum meum: me scilicet discutiendo. Secūdo habet partem optimam in vita celesti. Et ista pars cōsiderari potest quantū ad quinq;. Primo quantum ad subiectuz quod glorificatū est: qz scilicet in corpore et in anima est glorificata. Gloria nāque quam deus dat suis sanctis tres partes habet. Una est qua glorificat eorū corpora in terris: sicut corpus beati petri z sancti iacobi apostolorū z est pars bona. Ecclę. xliij. Corpora eoz i pace sepulta sūt ꝛc. Alia est qua glorificat eorū animas in celo z hec est pars melior. Apoc. vj. Date sunt eis singule stole albe. Tertia est qua glorificat vtrūq;. z hec est pars optima. z istam partem maria elegit. Petrus autem z paulus habent partem bonā qz eorū corpora honorātur in terris z partem meliorem quia eorum anime glorificantur in celis. Sed non habent partem optimam quia ipsorum corpora iacēt in sepulchris. Alij scti voluerunt in celum cum vna ala id est cū dote anime. Iste autem est mulier que volauit cum duabus alis id est cum glorificatione corporis et anime vt habet. Apoca. xij. alijs sanctis datur vna stola. Hec est autez illa de qua dicitur. Prouerb. vlti. Byssus z purpura indumentū eius. Secundo consideratur ꝯtum ad modum quo assumpta est. Quidem enim sancti assumuntur: z in celū deducuntur per angelum vnum: z hec est pars bona. Alij deducuntur p plures angelos: z hec est pars melior. Si p vnū ma esset si omnes angeli z sancti ꝯuenirent et omnes vna cū christo aduenirent. Et ipse christus psonaliter aduenisset illam partē habuit virgo maria. Tota consideratur ꝯtum ad locū quem ingressa est. Quidam enim associantur angelis in sime hierarchie. z hec est pars bona. Alij angelis medie hierarchie. et hec est pas melior. Alij ꝥo angelis supremę hierarchie: z hec ē ps optima. Maria ascendit super omnes angelos est exaltata z ad altitudinem sanctorum eleuata z ad dexterā filij collocata. Ideo habet partem optimā. Quarto consideratur ꝯtum ad premium quo beatificata est. Beatitudo enim tres hz ptes. vna est beatitudo animarum que adhuc est imperfecta et hec est pars bona. Alia est beatitudo ipsorum angelorum que est cōpleta. z hec est pars melior. Alia est filij que est consummata et hec est pars optima. Si istā ptem eligeret Maria qne in anima consummatam suam recipit. Quinto consideratur quantum ad officium quod sibi cōmissum est. Est nāque marie commissum officium ad iuuandū: aduocandū: z miserendi. Debet quidē hominē invita in mortē: z procurat mortē. vnde cātatur Maria mater misericordie: mater misericordie: tu nos ab hoste protege ꝛc. Nā z ipsa i vita bonos iuuat z malis misericordiā impertit z ideirco dicitur Mater gratie et mater misericordie. Et hec est ps bona. Ista autez mortem a diabolo defendit. Ideirco subditur. Tu nos ab hoste ptege. z hec est melior post: mortē animas nostras suscipit: z in celū deducit. Ideo subditur. In hora mortis suscipe. Et hec ps optima. Secundo virgo gloriosa maria hz officium a duocādi in qua a duocatione meritę periti aduocati primo captat benivolentiā: deinde nostrā insinuat miserationem: deinde deum inclinat ad misericordiam. Scire autez benivolentiā dei captare est bona pars. Scire miserias z necessitates ostendere est pars melior. Scire deus ad misericordiā inducere est pars optima. Ideo significatur per illaz mulierem pietissimā de ꝙ agit. h. Reg. xvij. Capitulum primo benivolētiam dicens. Sicut angelus domini sic z dominus meus rex non mat: dictiōe. nec benedictione moueatur deus nāq; nec ex maledictiōe pectatu mouet ad iracūdiā. Sap. xij. Tu autē dñator virtutis cū trāquilitate iudicas. Hec etiā mouet deus ex benedictione bonorū nostrorū ad improperandū nobis Zac. j. dat omnib⁹ affluenter z non improperat. de nde nostram insinuat miseratiōē dicēs. Omnes morimur: z q̄si aqua dilabimur in terrā que nō reuertunt. Vna est culpa in culpā qz non pōt p se redire a culpa. vltimo petit miaz dicens. Ne ac abiectū tuū. Acsi dicat. Abiecisti hominē a paradiso ad miseriā: sed reduc per passionem tuā. abiecisti p culpā originalē: sed reduxisti per grām baptis mi. Unde Grego. Similiter z nūc ab actualez culpā redūt ad te per penitentiā. Tertio habet officiū miserendi. In iudicādo enim quidā sequūtur veritatem conscientie et hec est pars bona. Quidā vero sequunt rectitudinē ipsius equitatis z hec est pars melior qz in cōscientia posset ꝺs errare. Quidā vero in iudicando sequunt temperamētum misericordie: z hec est pars optima. Sunt nāq; qui dicunt sancti. qui suā sequētes cōscientiam quibus sua non rapiunt suffragia quia dicunt eos nō reputāt gratia. Deus enim iudiciam suā sequitur a qua declinare nō potest. Tenēat ergo qui sequi volunt cuz sententia vel cuz iustitia maria autē semper tenebit secū misericordiam.

¶ Sermo. ccxx. de sancto Bernardo. Sermo. j.

Assum deduxit dominus per vias rectas. Sapiē. x. Sūt quedā vie circulares p ꝙs vadunt homines mundū amantes. ps. In circuitu impij ambulāt. Sūt quedā vie oblique per quas vadūt homines seipsos diligentes. Cū ergo amor cordis directus in alium. Illi nā amorem ad se conuertūt quādam obliquitatē faciunt. Sed sunt quedē vie recte p quas vadunt deū super omnia diligentes. Cant. j. Recti diligūt te p istas vias rectas. ber. iuit q̄ supoia deū dilexit p qđ patet q̄tuor q̄ habuit. Primo nanq; habuit animū sublimē celestium contemplatione. Totus quidē erat in celo: ō insensibilis videt in mūdo. vnde ōr i legēda. Ita tot⁹ in spū absorpt⁹ est: vt iā nullis sensib⁹ vteret corporis. Sicut ponit exemplū de domo testudinata quā ignorabat: z de fenestris ecclesie: quas non viderat: z de lacu lausanēsi de quo non audierat. Refert nāq; Agili⁹ philosoph⁹ q̄ demetri⁹ philosoph⁹ oculos sibi erut fecit. Et sup hoc triplex causa a poetis assignatur. Prima est vt meditationi philosophie liberi⁹ vacaret. Secūdo est vt nō videret malos i hoc mūdo florere tertione vlsio mulierū eius cōcupiscētiā inflāmaret. Sed Beatus bernard⁹ oculos sibi nō eruit corporaliter sed spiritualiter ꝯtum ad omnē vsum illicitū. nā ꝯtū ad secundā causam sibi spiritualiter oculos eruit quādo eius oculi nō erāt sibi ad impedimentū: sed ad expedimentū interioris cōtemplatiōis ex eo q̄ ipse in creaturis cōsiderabat dei potentiā z sapientiā ac bonitatez. Etiā ipse oculos suos eruit spiritualiter quo ad secundā causam: qz malos non videbat oculo indignationis sed compassiōis. Erut spiritualiter suos oculos quo ad tertiam causam quia eos in feminas non figebat: sed suos oculos a feminis aduertebat. Unde cū quadā vice in quandā mulierem aliquādiu defixos oculos tenuisset in aquas gelidas se immersit donec fere exanguis effect⁹ est. Secūdo habuit intellectum illuminatuz diuinorū reuelatione. Quatuor nāq; sibi fuerūt precipue reuelata. Primo domini cenatiuitatis mysteriū. Nā in nocte natiuitatis puer Jes⁹ sibi aparuit q̄si iterū ab oculos ei⁹ ex vtero mris nascens. Secōdo gliā sctōz. Nā cū sctūs malachias defunctus esset z missa pdefūctis cātaret eidē ei⁹ glia est revelata. Tertio notitia futuroz. Multa nāq; futura puidit: sicut pz in gerardo suo fratre: cui suā cōuersionem predixit. Quarto scientia scripturarum quam quidem scientiam scripturarum

nō habuit per magistri eruditionem: sed per propriam meditationem z orationez. Unde dicitur in eius legenda. Quicūq; in scripturis diligenter didicerat maxime in agris z in siluis meditādo z orando se accepisse cōfitebatur. Aut per diuinam reuelationez. Unde dicitur ibidem. Cōfessus est aliqn meditāti vel oranti omnem sacrā scripturā melius expositam sibi apparuisse. Uñ etiā dicitur in Cāticis, q dum quedā retineret q̄ alias dedicerat: venit ad eū vox dicens. Donec istud tenueris aliud nō accipies. Ex quo habetur q ea que dicebat spiritussancto reuelāte discebat z didicit. Tertio beatus Ber. habuit effectum instillatum feruenti dilectione. Nam taz feruenter deū diligebat q in diligendo modus seruare nesciebat. Unde dixit. Causa diligendi deū deus est modus sine modo diligere. Tam feruenter diligebat q tot⁹ in amore absorpt⁹ erat adeo q nullis iā sensibus corporis vtebatur. Uñ ipe potebat dicere cū apło ad Gal. ij. Uiuo ego iam non ego, viuit autē in me xps. Tam feruenter diligebat q omnem amorez illicitum amouebat. s. amorē cupiditatis terrenorū: quia omnia terrena deseruit z cōtempsit. Amorem carnalitatis quia virginitatem seruauit. Amorem vanitatis contempsit: quia multos episcopatus renuit. Non em̄ pōt possideri amor dei cū amore mundi. Unde ipse dicit sup. Jo. Qui habitat z c. errat omino. Sicūs celestē illaz dulcedinem huic cineri. illud balsamum huic veneno carismata illa spirit⁹ miscerī posse, cum istis illecebris patiat. Sanctus enim Barnardus tam feruenter diligebat q omnem z singulū amorē ad dei amorem referebat. Distinguit nāq; quintuplicem amorem scilicet pium: iocundū iustum, violentum: z deuotum. Amor nāq; pius vt dicitur est quo amam⁹ parentes. Amor autē iocundus est quo amamus socios z amicos. Iustus quo amamus vniuersos homines. Uiolētus quo amamus inimicos. Deuot⁹ quo amam⁹ deū. Quatuor autem primos amores beat⁹ bernardus referbat ad quintum. Parētes enim amabat secundum deum. Unde patrē ad religionem adduxit z fratres conuertit z amicos z socios cum quibus conuersari consueuerat diligebat in deū: quia eis predicabat z eos conuertebat. Inimicos etiam diligebat propter deum. Deum non diligebat ppter seipsum. Uñ Aug. Bene est domine qui amat te z amicum in te z inimicum propter te. Solus em̄ nullius rum amittit cui omnes in illo charissimi qui non amittitur, z te nemo amittit nisi qui dimittit. Quarto habuit affatum pleno potēti sermone. Sermo namq; eius potestate tāta plenus erat q sibi obedibāt elemēta insensibilia z corda z demonia. Elementa quidem sicut patet in vita Nā cū quādā epistolā sub dño scribuia faceret subito imber magn⁹ eripuit e⁹ ipse scriptor cartham complicare vellet, ait. Bernar. Opus dei est scribe z nō deistas. Et sic totā illā epistolam scripta in imbre sine imbre. Obediebāt etiā sibi sensibilia sicut patuit in ipsis muscis quas cōmunicauit. Obediebant etiā sibi homines corda sicut patuit in militibus raptas frequenter exercētibus quibus vinopinari fecit dicens. Bibite pocula amarum et continuo mutati fuerunt. Obediebant ei etiā demonia quia ea expellebat scripto suo: quia cuidam demoniace cedulam hoc continentem misit. In nomine dñi nostri iesu christi precipio tibi demon q exeas ab ea qua cedula ad collum illius mulieris obsesse a demonio z demoniace ligata statim demon euanuit et recessit. Etiam beatus Bernar. demonia expellebat cum suo baculo sicut patet in muliere a demone infestata, cui beatus Bernar. suum baculum trādidit et diabolus ad illam mulierem accedere non presumpsit. Aliquando etiam suo imperio z sententia sua demonia expellebat sicut patet in dem̄one quem exorcizans cum infirmaret z in excessu mentis Nam cum infirmaret z in excessu mentis fuisset adductus, demon affuit ipsum accusans. et ille respondit. Fateor non sum dignus obtinere regnum celorum: sed duplici iure illud obtinens est dominus meus scilicet patris et merito passionis. Altero ipse contentus: altero mihi donat.

¶ Sermo. ccxxj.
De eodem. sermo secundo.

Dilectus deo z hominibus cuius memoria in benedictione est. Eccle. xlv. Quidā diliguntur a deo sz odiunt ab hoīb⁹. Luc. xxj. Erritis odio hominib⁹ propter nomē meū quidā vero diliguntur ab hominibus sed a deo odiunt. Jac. iiij. Quicūq; voluerit esse amicus huius seculi: inimicus dei cōstituetur: quidā vero odiuntur a deo z ab hoīb⁹ sicut supbi. Eccl. x. Odibilis corā deo z hominib⁹ est superbia: quidā diligunt a deo z diliguntur ab hoīb⁹ sicut beat⁹ Bernar. De quo in premissis principalibus ꝓbis duo ꝓpositū: sz meritū eius cū ōr. Dilect⁹ deo et hoīb⁹. z premiū cum subdit cuius memoria in benedictiōe est z c. Circa primū notandū q multiplici rōne mouet homo ad diligēdū aliq̄d. Diligit em̄ aliq̄d, qz bonū, qz pulchrū, qz honestū, qz vtile, qz delectabile, z qz sic. In deo aūt oēs istę rōnes sunt: z ideo summe diligendus est. In eo ꝺ̄ppe est summa bonitas. Matthe. xj. Nemo bonus nisi solus deus. Sūma speciositas Sap. vij. Speciosior sole est. Uñ z Agnes dixit. Cui⁹ pulchritudinē sol z luna mirant. Summa honestas. Sap. vij. Honestatē illi⁹ nō absc̄ōdo. Sūma vtilitas. Sap. vij. Uenerūt mihi oia bona pariter cū illa. Summa delectabilitas. ps. Delectationes in dextera ei⁹ z nostre nature cōformitas. Ph. ij. In similitudinē hominū factus z habitu inuentus vt homo. Btūs vero Bernardus ꝑ tria, prima fuit dilectus a deo: z pro tribus sequētia fuit dilectus ab hoīb⁹ primo nāq; a deo fuit dilect⁹ qz habuit bonitatē i affectiōe. Affectio nāq; bona est volūtas q̄ tūc est bona qñ gaudio et dolore spe z timore est ordinate affecta. Uñ Aug. in li. de patiētia. Uolūtas bona volūtas fideliter deo subdita, volūtas fetitate sugni amoris accēsa, volūtas q̄ deū diligit: z proximū ꝓpter deum, siue amore. De quo respōdit petr⁹. Tu scis te q amo te. Siue timore. De quo dicit Apostolus. In timore z tremore vestram salutem operamini. Siue gaudio. De quo dicit idē. Spe gaudētes. Sine tristitia qualē ōt se habuisse ꝓ fratribus suis q̄cūq; amara z aspera sufferat. Charitas nāq; dei est que omnia tolerat q̄ nō diffundit in cordib⁹ nostris nisi ꝑ spiritū sanctū qui datus est nobis Scōo fuit dilect⁹ z deo qz habuit pulchritudinē q̄ puritatē in intētione, intētio aūt in mēte est sicut ocl's in capite. Oculus nanq; debet esse purus simplex z rectus. Tunc em̄ ocl's intentiōis est purus qñ est sine puluere z sine terrena cupiditate, tunc est simplex qñ est sine duplicitate, scilicet quādo oculus intellectus ad deum dirigimus per fidez z oculum affectus per amorē, sz qñ affectum dirigimus ad mundū: z intellectuz ad deū tūc est duplex. Tunc autem est rectus quādo nō habet obliquitatē, sed directe ad deū dirigim⁹ z corda z opa nostra iō ꝑcipitur. Leui. xxj. Ne offerat luscus: aut lippus aut maculam habens in oculo luscus em̄ est, qui habet in intētiōe obliquitatē. Lippus qui habet duplicitatem. Maculā hz qui hz pulverem: id est cupiditatē. Tertio Bernard⁹ fuit dilect⁹ a deo: qz habuit honestatem in cogitatione, pudicioz. xij. Cogitatione iustorū iudicia. Qui iusti inter suas cogitationes iudicia exercent, qz malas expellunt: z bonas retinent. Dicit aūt Chrysostomus q homo bonus sm volūtatē anime bonus est, sm naturā vo carnis malus. et ideo, possunt inesse cogitatiōes bone et male. Malus autem homo sm voluntatatē carnis bonus est, z sm voluntatem anime peruersus: et ideo nō pōt habere nisi malas cogitationes. Dicitur aūt. s. Machabeo. ꝓmo. Qū antioch⁹ precepit idolum abominale super altare ponet ab hoīb⁹ adorari z sabbatū nō celebrari. Tūc idolū super altare ponitur quando in corde prava suggestio dominatur. Tūc adorat quando vsq; ad consensum animus petō adheret: et vsq; ad consensum peccati protrahitur: et sic sabbatum nō celebrat, qz animi quies amittitur. Secundo fuit dilectus ab hoīb⁹. primo quia fuit vtilis in predicatione. ij. Thimo. iij. Omnis scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docēdum, ad arguendum, z ad corripiendū, z ad erudiendū. Sic beatus Bernard⁹ ꝑ suam doctrinā docebat ignorātes: argue

bat negligẽtes corripiebat delinquẽtes, ꝛ erudiebat penitẽtes. Secũdo fuit delectabilis ꝛ amabilis in cõuersatione. Prouerbior. xviij. Vir amicabilis ad societatẽ magis amicus est ꝙ frater. Prelatus nãq; debet esse mansuetus in conuersando, seuerus autem in corripiẽdo, dulcis autẽ ꝛ pius in compatiendo ꝛ miserendo. Nã in archa Moſi cũ virga rectitudinis fuit mãna dulcedinis: ꝛ samaritanus cum vino mordacis reprehẽsiõis infudit oleum pie cõpassiõis. Legitur. iij. Regi. j. ꝙ Salomõ in regẽ inũgẽdꝰ super mulã fuit positus, que ex equa ꝛ asino procreatur. In equa ferocitas: ꝛ i asino simplicitas inuenitur. Mula autem cuz ferocitate equina habet simplicitatem asininã. per qõ datꝫ intelligi ꝙ prelatus cũ ferocitate rectitudinis debet habere simplicitatem mãsuetudinis. Tertio fuit nobis similis ꝓ hũilitatẽ. Eccli. iij. Quanto maiores, humilia te in oibus. Prelatus aũt cotã deo semp debet se humiliare in oibꝰ, ꝛ cotã subditis qñq; debet se hũiliare in oibus. aliqñ in aliqbꝰ. aliqñ ẏo in nullo. Quidã nãq; duci possunt per lenitatem: iz nunq; per asperitatem. Cotam istis debet se humiliare prelatus in oibus. vñ Grego. nazãzenus. Aliquos lenitate curare debemꝰ, alios aũt hũilitate. Alij nãq; sunt duri ꝛ superbi ꝙ ex mansuetudine prelati peiores efficiunt. Cotã istis nõ debet se in aliquo humiliare fz debet eoꝝ superbiã frangere. Alij aũt sunt ꝙ medio modo se habent. q̃ fcz ex nimia severitate frãgunt vel nimiã lenitate soluunt. Et cotã istis debet se ꝓlatus humiliare in aliquibus nõ autez in oibus. Tales esñ indigẽt temperamẽto. De quo dicit Greg. Faciẽdũ est nãq; qõdam temperamentũ vt nec nimia asperitate exulcerẽtur subditi, nec ẽt nimia lenitate soluãtur. Hinc est in basibus templi erant sculpti leones ꝛ boues. Per basem ꝓlatꝰ intelligiẽ qui debet populũ sustẽtare in quo dz esse auctoritas vt seuere corripiat ꝛ maturitas vt misericorditer demulceat. Sẽdo subdit ꝓmiſſ cũ subiungitur. Cuiꝰ memoria in bñdictione erit. ꝛc. vbi duplex premiſſ ponit, scz memoria ꝛ gẽia. Qr esñ fuit dilectus ab hominibus est modo in memoria: quia fuit dilectꝰ a deo est modo in celesti gloria. De memoria sanctorum dicitur. Eccle. xlix. Memoria ioſie in cõpositione odoris facta ẽt pigmẽtarij: in omni ore quasi mel indulcabitur eiꝰ memoria: ꝛ vt musica in conuito vini. Memoria quidem sanctorũ recolat nostrum olfactum ad odorandum ideo assimilatur operi pigmẽtarij. Delectat os ad loquẽdum ideo assimilatꝫ mel li. Delectat aures ad audiendum, ꝛõ assimilatur musice. Secundo habuit celestes gloriaz, ideo subditur. Similem illum fecit in gloria sanctorum. Est autem duplex gloria vna est gloria essentialis que dicitur aurea que cõsistit in dei visione in qua delectabũtur omnes sensus. Erit enim ipse culũ visui melodia auditui ballamũ odoratui mel gustui, flos suauissimus tactui. Alia est gloria accidentalis que dicit aureola que dabitur martyribꝰ virginibus ꝛ predicatoribus. Nã in veteri testamento tria habebant aureolaz, scilicet altare archa ꝛ mẽsa. Per altare significant martyres qui de corporibus suis deo sacrificium obtulerunt. Per archam que intꝰ ẽ extra fuit deaurata: significant virgines que habuerunt puritatem in mente: ꝛ integritatem in carne, per mensam autẽ intelligunt predicatores qui feeterunt ad mensam sacre scripture. De qua dicit in ps. Parasti in conspectu meo mẽsam ꝛc. Et quia beatus bernardus fuit valde perfectꝰ ideo habuit auream, ꝛ quia fuit virgo incorruptus ꝛ ꝑdicator gratiosus dilectus complicem tenet aureolam.

¶ Sermo. ccxrij. De eodem sermo. iij.

In fide ꝛ lenitate ipsius sanctũ fecit illum ꝛ elegit enm ex omnium carne. Eccli. xlv. Ex his verbis habetur ꝙ beatꝰ bernardus quatuor speciales prerogatiuas habuit. Nam in corpore ꝛ in corde magnã habuit puritatẽ: quod notatur cũ dicit in fide. Fidesnãq; habet purificare. iuxta illũ Act. xv. Fide purificãs corda eoꝝ. In cõuersatione habuit magnã hũilitatem. quod notatꝫ cũ dicit. In lenitate. Invita habuit magnam sanctitatẽ, qõ notatꝫ cũ subditur. Sanctũ

fecit illũ. In corpe suo nullã habuit carnalitatẽ. Ideo subdit. Et elegit eũ ex oi carne. Deus esñ ab oi carnalitate eũ elegit ꝛ totaliter seperauit. Primo igit habuit magnã puritatẽ: qz. ſ. ẏgo corpore mẽte fuit. Castitas autẽ est magne ẏtutis qñ quis eã feruat ꝛ ab hoste tentatꝰ, ꝛ carne illectꝰ ꝛ ab exteriꝰ ꝓuocatꝰ. Sãctus igitur Bernardus si ab hoste tentabat: oẽs tentatiões fugabat: vnde dicit de eo perpẽdẽs periculũ esse cohabitare serpẽti: fugã meditari cepit ꝛ ordinem ꝓmꝰ macerabat. Unde cum adhuc esset adolescẽs: ꝛ i quadã femina oculos defixos habuisset ꝛ aliquãdiu tenuisset: ista gnũ gelidarũ aquarũ se immersit, donec pene exanguis effectus est. Si vero ab exteriꝰ ꝓuocabat: totis viribꝰ resistebat. Sicut ꝓz de puella q̃ se in lectũ suũ iniecit ꝛ de hospita que ipm allicere voluit. Sẽdo habuit in cõuersatiõe magnã humilitatem: vnde de eo legit. Uincebat in eo sublimitatẽ nois humilitas, cordis nec ẽm poterat eũ vniuersus erigere mũdus quãtũ seipm deũcere solus. Signũ aũt magne humilitatis fuit ꝙ pluribus ẽuitatibꝰ in epm electꝰ semp cõtradixit ꝛ repudiauit. Legit Judi. ix. ꝙ ligna silvarũ venerũt ad oliuã ficũ ꝛ vitẽ: vt fcz vngeret sibi regẽ: per oliuã ficũ ꝛ vitem intelligunt religiosi q̃ debẽt habere oleũ cõpassiõis ꝛ mie ꝛ dulcedinem cõscietie, ꝛ vinũ spũalem ꝛ sacre scripture. Sed cũ promouent inter ligna syluarũ ꝛ turbas populoꝝ amittũt ꝓpassionẽ: qz efficiunt valde auari. Amittũt cõscie dulcedinẽ: qz efficiunt parũ i pscietia. Amittũt letitiã spũalem ꝛ predicadi feruorẽ: qz efficiuntur valde indeuoti. Tertio in vita habuit magnam sanctitatẽ. vnde de eo legit. Semp aũt inueniebat: aut orãs aut legens: aut scribens: aut meditans, aut fratres verbo edificãs. Signũ autẽ magne sanctitatis ꝛ perfectionis eret ꝙ ipse ꝓpo mori totis desideriis affectabat. Unde legitur Apoc. xij. Signum magnũ apparuit in celo. Mulier amicta sole ꝛc. Per solẽ intelligũtur celestes. per lunã ẏo que crescit ꝛ decrescit intelligũtur terrene. Per duodecim stellas intelligunt duodecim apłoz exempla. Scti nãq; viri amicti sunt sole. i. celesti cõuersatiõe lunã habent sub pedibus. i. ꝑ alia sub affectibꝰ: coronam duodecim stellaꝝ in capite. i. exempla apłoz in mente. Hec nãq; mulier cruciat vt pariat: vt scz deposita corruptiõis seruitute pariat nouũ hominẽ in statu glorie. Ro. viij. Ois creatura ingemiscit et parturit vsq; adhuc. Mali autẽ regiosi habent lunã in capite. i. tẽporalia in affectione solẽ sub pedibꝰ. i. celestia in despectiõe: stellas duodecim in corpore. i. apłoz exempla in exteriori cõuersatione. Quarto in corpore nullã habuit carnalitatem. Ipse enim corpus suũ macerabat ꝛ affligere solebat: ieiunijs, vigilijs, asperis, vestimẽtis ꝛ ẽplurib⁹ aliis penis. vnde de cibo eiꝰ sic legitur. Ad comedẽdũ vix voluptate trahebat appetitus sed solo timore defectꝰ sic accedebat ad sumendũ cibũ quasi ad tormentũ: Solũ aũt aquã frigidã sibi sapere dicebat eo ꝙ dũ eã sumeret: fauces sibi refrigeraret: de eiꝰ vigilijs sic legit. Vigilabat seruus dei vltra possibilitatẽ humanã: nullũ ẽm tempus se magis cõqueri perdere solebat, ẽ illud quo dormiuit. Sancti nãq; viri in bonis operibꝰ ꝛ oratiõibus semper vigilant: ne ipsa mors ipsos iparatos inueniat. Mat. xxiv. Vigilate ꝛ orate, quia nescitis qua hora dominus vester vẽturus sit. quod est contra illos qui tantum in morte se ꝑparare volunt, quod fieri nõ debet: sicut ostendit Chrysost. per tria exempla. Primum est, quia sponsa expectãs sponsum prius se ornat. Nam si tantum in aduentu sponsi se ornaret: sponso plurimũ displiceret. Secundum est strennuus miles semper debet habere arma sua preparata, vt cum tempus belli aduenerit ire possit ad prelium. Qui autem gladiũ cuspinare dimiserit lorica fortefcere scutũ frangi non poterit celare negligentiam cum ingens necessitas non permittit longi temporis opus implere. Tertium est: quia malus seruus absente domino opera sua non aspicit ꝛ negligenter operat: sed cum viderit dominum suum venientem incipit festinare: sed nihil ꝓficit festinatio huiusmodi: qz multorũ dierũ ne-

gligentia non pōt vna hora expleri. De eius vestimēto sic legitur. In vestib⁹ semper et paupertas cōplacuit: fordes vero nunq̄ cilicii multis annis portauit q̄diu occultū esse potuit: sed vbi cognitus esse sensit: illud remouit. habens in ore sepe illud. Prouer. q̄ hoc facit qđ nemo mirātur oēs. Sāctiem viri: sibi cauēta varietate ciborū et vestimentorum: qr ibi nō deest pctm̄. Hier. ptra Iouinianū. Recte in tāta diuersitate victus aut vestitus necesse est hic aut ibi ee pctm̄ non in cibo vel in vestib⁹ asserā pctm̄ ee: sz q̄ varietas et cōmutatio in deterius reprehensioni prima sit. qđ autē reprehendit, peul est a virtute: qđ autē a virtute, peul est vitio mācipat: quod vero vitiosum est petō iūgitur tādem peccatum est in sinistra, et hyrcorum grege describitur.

¶ Sermo. ccxiij. De eodē ser. v.

Emo accendit lucernā et in abscōdito ponit ꝛc. Luc. viij. alias. ix. Beatus bernardus fuit lucerna super cādelabrū posita: qr oīb⁹ fulsit p doctrinā et p vitā bonā. Fulsit aūt ad laicos. Fulsit ad religiosos. Laicos quidē anteqū tuos erāt gña. s. tyrāni ecclesiā psequētes: et inter istos fulsit p magnā cōstātiā: sicut pz in duce acātanie q̄ cū ecclesiā psequeret beatus Bern. post missam cum xpi corpore ignea facie ad eū accessit dicēs. Ecce ad te venit filius virginis quem tu psequeris. Resiste ergo ei si vales, sta et timeq̄ dux ille ad pedes beati Bernardi accessit: et sibi in oībus et p oīa obediuit. Simil'r. iij. Reg. x. legit q̄ dauid misit nūcios ad regē Amon. sz illi dimidiā barbā eis rasērūt et vestes p̄ciderūt. Dauid aūt ē exercitū fecit, et eos cōtriuit. Nūcij Dauid sunt clerici et prelati: filij Amon sunt demones vel principes mali: due p̄tes barbe sunt vita et sciētia: vel ordo vt ecclesiastica beneficia. Demones igit̄ dimidiā barbā radūt: qñ sez vitā tollunt et scientiā dimittunt. Tyrāni etiā mediam barbā radunt quādo auferunt substātiā temporalē, et dimittunt eis ordinē clericalē. Sz et Dauid q̄ interpretat manu fortis. s. bonus prelat⁹ debet habere audacem animū vt tales nō timeat: debet ē bere imperiosum verbū: vt. s. eos reprehendat et excōmunicatiōi subiiciat: et dz huiusmodi plat⁹ fortē manū vt etiā per brachiū seculare si op⁹ fuerit eos coerceat. Alij erāt ei⁹ inimici eū indebite petētes iter quos fuit p patiētiā. Dimittebat ipse triplicē gradū patiētie. vnus est ad iniurias ꝓbroz: iste est magnus alius est ad dāna rerū: et iste grad⁹ est maior. Tertius gradus patientie est ad contumelias verborū, et iste est maxim⁹. Iste triplicē gradū ipe ostēdit: nā ipse fuit patiens ad iniurias verborū: nā cū cuidam episcopo de sua correctiōe amicabiliter scripsisset: ille indignat⁹ rescripsit saluti et nō spiritū blasphemie: sz tñ in nullo cōmotus sibi rescripsit: ego spiritum blasphemie in me habere nō credo. Fuit etiā patiēs ad dāna rerū. Nā cū qđā abbas trecētas marcas sibi mitteret p vno monasterio q̄struēdo, tota illa pecunia a latronibus est sublata. Qō audiens nihil aliud respondit: nisi benedict⁹ deus qui nobis pepercit ab onere. Fuit patiēs ad contumelias verborum. Cum enim quidā eum in maxillā percussisset vir dei circūstātes adiurauit ne tangeret sz in pace dimitteretur. Alij nanq̄ erant hmōi les et denoti: inter eos Bernardus fuit per benuolētiam. Unde dicitur in eius legenda. Inter summos honores vt sepius fatebat alterum sibi mutuatum hominē videbatur: seq̄ potius reputabat absentem velut quoddam somnium suspicans, vbi vero inter simpliciores erat et amicabilis decebat humilitate frm se inuenisse gaudebat et in propriam redūsse personam. Debent nanq̄ prelati ad subditos bene noli esse: et eorum infirmitatibus condescendere. Hier. s. Dedi te hodie in ciuitatem munitā: vt. s. fugientes ad te recipias per ꝓpassionē et columnā ferreā vt sustentes pauperes et infirmos per bñficiorum exhibitionē: et in murū eneū vt oppressos ptegas per defensionē. Alij aūt erāt ad ꝓba sua valde auidi: et inter istos fuit p magnā gratiā. Uñ mater vidit se in vtero habere catulū tota liter cādidū: et in dorso subrufum atq̄ latrantes. Ipse nāq̄ fuit catulus: et hoc inquātum lingua

sue predicatiōis peccatorū vulnera sanauit: fuit cādid⁹ inquātum puritatē mētis et corporis seruauit. Fuit subrufus inquātum igne celi succēsus fuit. Et fuit latrās. s. inquātū ipos tyrānos redarguit: et hereticos a grege dei cōpescuit. Sco lucerna fulsit inter religiosos. Et hoc quinq̄ radios. Primus est q̄ laicos ad religionis habitū cōuertebat: et hoc doctrinis, miraculis, et exemplis. Doctrinis quidē sicut fratres carnales quos verbis salutaribus ad religionem adduxit. Miraculis sicut patet in gerardo fratre suo in carcere posito quē miraculose extraxit ad ordinē adduxit. Exēplis put pz in quodā nūcio ab archiepo ad ipm trāsmisso: q̄ dū nūcius visa tanta beati Bernardi sāctitate seculo vale fecit et religionem introiuit. Scōs est qr nouicios carnalē affectum relinquere satagebat. Vñ dicebat eis. Si ad q̄ intus sunt festinatis hic foris dimittite corpora que de hoc seculo attulistis. Soli nanq̄ spūs ingrediant: caro autem nō prodest quicq̄. Religiosus esse nō dz portare ad religionem corpus. i. corporalem voluntatē: vt seq̄ propter ventrem pascendū ingrediat sed reuera de multis pōt dici Hiere. lj. Replebo hominib⁹ terrā tuā q̄si bruchus. Bruchus totus est in vētre et fructū nullū facit: Et aliquādo in tanta sunt multitudine vt solē obscurare videant. Hodie esse sic etiam multi religionē intrēt vt vēt pascant et nullam vtilitatem faciant, et malo exēplo bonos obumbrēt. Nō dz pus: seq̄ carnalē, siue propriā voluntatē: vnde Seneca. Uñ virtuti adiicitur q̄ tuo p̄prie voluntati subtrahit. Nec etiam religiosus dz ad religionē apportare corpus. i. carnalē parentum amorē. Benef. tuis. Egredere de domo p̄tis tui ꝛc. Terra: q̄ professos virtutib⁹ et moribus grad⁹ siue radi⁹ p quē fulsit est a luce informabat. Tria esse in vita sua seruauit et docuit q̄ moriēs dereliquit dicēs. Tria vobis obseruāda relinquo, q̄ siquidem ego p̄ vtrib⁹ obseruaui. Nemini verbo scādalū feci, min⁹ sensui meo quā alteri credidi, Iesus de ledente vindictā nunq̄ non expetij. Ecce charitatē, humilitatem et obedientiā vobis relinquo. Nocebat nā q̄ vt nullus verbis ꝓtumeliosis aliū scādalizaret vel malediceret. Legitur nāq̄ Deut. xvij. Quod filij cōcubinarū iacob electi sunt ad maledicendū: filij vo liberarum ad benedicendū. per quod datur intelligi q̄ maledicere et cōtumelias ferre est vilium personarum: et ergo de eis nō est curandū. Docuit etiā humilitatem et relinquere propriā voluntatem. Eccli. xviij. Post cōcupiscētias tuas non eas. ꝛc. Docuit patientiā similiter. Luce. xxj. In patientia vestra possidebitis alas vestras: et ppt̄ istā tria dixit abbas Joseph q̄ tria sunt honorabilia cōā deo sez patientia in infirmitate, obedientia sine prosopria voluntate et bona operatio cum mūda intentione. Quartus est: qr tentatos cōsolationib⁹ et oratiōib⁹ refouebat. Uñ cum quidem nouicius tentatus diceret. Nūq̄ amplius letus ero: btus. Bernard⁹ taliter eū consolatus est et tam feruēter pro eo oauit q̄ ille tandem ait. Nunq̄ amplius tristis ero. Deus esto non permittit de nouo cōuersos grauiter tētari. Uñ Greg. distinguit tres status conuersorū: qui sunt inchoatio: medietas: et p̄fectio. In inchoatione venit blandimēta dulcedinis. In medio veniunt certamina tētationis: ad extremū venit perfectio plenitudinis: qr sponsam suam quilibet vir primo dulcius blādimentis fouet vt allectat: quā coniunctam asperis increpationibus probat: et probatā securis cogitationibus possidet. Quint⁹ est: qr apostatas renocabat: sicut pz in diuersis et pluribus apostatis quos recepit. Uñ legit. j. Regū. xviij. q̄ filij israel videntes se in antro vel spelunca positos q̄dā eorū abscōderunt se in speluncis et quidā se abscōderūt in abditis: in cisternis q̄dā qui aūt trāsierūt ad philisteos: quidā remanserunt cū rege suo saule. Sic etiā israelite, id est religiosi quādo in antro penitētie et abstinētie sunt positi: q̄dā volūt ad hospitiū, et isti absconduntur se in spelūcis quidam ad infirmatoriū: et isti abscōdūt se in abditis: q̄dā exire volunt sez extra ad solatium et refrigeriū: et isti abscōdūt se in cisternis quidam transeūt ad philisteos, id est ad seculū. Uōi aūt religiosi

remanẽt cũ xpo z plato cõtra philisteos id est cõtra demones fortiter dimicãtes.

¶Sermo.ccxxiij. De sancto bartholomeo apostolo. Sermo.j.

Vicunq; honorificauerit me glorificabo eũ.j. Regũ. ij. Magna siquidẽ dei liberalitas qui pro modico honore quaz sctis sibi exhibent in terris ipse deus eos glorificare dignatur in celis. Talis beatus Bartholomeus qui deũ honorificauit z iõ deus ipsum glorificauit z glorificare dignat. In premissis ergo ꝓbis duo cõiter tangi z notari phit. Primo meritũ dñi Bartholomei cũ dr. Quicũq; honorificauerit me Secũdo tangit premiũ ei⁹. Ibidẽ cũ subiungit glorificabo eũ. Circa ꝓmũ est notãdũ q̃ sctus Bartholome⁹ deũ honorificauit. s. corde: ore: opere: et corpore. In corde aũt sunt intelligẽtia voluntas z memoria. Illi ergo corde deuz honorificãt q̃ ei⁹ bñficia recognoscũt et eũ z ei⁹ bñficia diligũt z nunq̃ obliuioni tradunt. Talis fuit dñus Barth. q̃ humane redẽptionis bñficiũ cognoscebat, et sue memorie illud sepius imprimebat: z illud fortiter retinebat: z ipm regi cũ tãta dilectiõe exponebat ostẽdẽs q̃ p ipm nr̃a redẽptio facta est valde cõgrueter, q̃ primꝰ hõ factꝰ est de ỹ ginea terra: secũdus ꝺo hõ factꝰ est de ỹgine maria. Est facta valde potẽter: q̃ dyabolũ inuasorẽ z abusorẽ alterius iuris potẽter eiecit. Est ẽt facta valde iuste siquidẽ vt diabolꝰ q̃ hoiem comedẽtẽ vicerat: a ieiunãte vinceret. Est ẽt facta nr̃a redẽptio valde sapiẽter: q̃ xps diabolo tãq̃ illusit dũ escã carnis ostẽdẽs hõ diuinitatis eũ cepit. Secũdo sanctꝰ Bartholomeꝰ Christũ honorauit ore, dum xpi gloriaz per orbẽ vniuersum fideliter ꝓdicauit. Mundus siquidẽ erat mendicꝰ ignobilitate abiectus et refutatꝰ z mestitia plenus. Beatus autẽ Bartholomeꝰ erat thesaurꝰ dei: margarita dei: z luminare dei: z iõ mundũ ditauit ac nobilitauit z illuminauit. Ista tria tangit beatꝰ Theodorꝰ in sermone quẽ fecit de ipso: vbi ait quaz Hereiꝰ corpꝰ ad liparĩ insulã est trãslatũ dicẽs. Venit ad paupercula thesaurꝰ ditissimꝰ. Venit ad ignobilẽ pclarissima margarita: venit ad mestã splendissima luminare. Tertio deũ honorificauit operando quia demonum culturã destruxit z cultũ dei ampliauit: sicut antẽ dicit beatꝰ Augustinus in lib. de ciui. dei: tria gña deorũ fuerunt. Unũ a poetis, alterũ a philosophis: tertiũ a principibꝰ ciuitatum: q̃ autẽ isti dũ nullo modo sunt colendi: ibidẽ ostẽdit dicẽs. ꝓponũt greci, si pdẽ colẽdi sũt pfecto tales homines tales colẽdi sunt ꝓfecto tales hominẽ sũt honorãdi. Assumũt romani: sz reuera nullo mõ honorãdi sunt homines tales. Cõcludũt xpiani nullo mõ ergo tales dũ colẽdi sũt: ola nãq; ista gña deorũ bartholomeꝰ destruxit: sicut patet in legẽda. Quarto Bartholomeꝰ honorificauit deũ in corpore seu cũ suo corpore: q̃ cẽties i die et cẽties in nocte genua flectebat. Unde sup hoc beatꝰ Augusti. Omne quod cũq; inchoaueris facere: ꝓmo muca deũ et gratias age illi z cum consummaueris illud sit⁹ fac vnde yler. Nec ei bi ante sumank nisi oratiõe ꝓmissa nec recedak a mẽsa nisi gr̃e referank nec ꝓcedat a mẽsa nisi gr̃e referant mee pr̃i corpus quicũq; inchoauerit nisi pascat anima. Secundo ponit ei⁹ ꝓmiũ quod tangitur cũ dr glorificabo eum. Deus nanq; cuz glorificauit in vita z in morte tandẽ glorificauit post mortẽ. In vita siquidẽ beatus bartholomeus deũ glorificauit z laudauit: z ipse deus eũdẽ in ei⁹ vita glorificauit multipl'r. Primo nanq; fecit eum magne dignitatis de cui⁹ dignitate sic dr Theodorus. Petrus apostolus docet nationes. Bartholome⁹ cõsequẽter patrias inuestigat. Petrꝰ operatꝰ est ꝓdigia multa, gna. Bartholomeꝰ fecit ꝓdigia multa, petrus demũ capite crucifigitur: sed beatus bartholomeus viuꝰ excoriatꝰ. Ad ꝺ̃t valet Petrꝰ mysteria capescẽda: ad tot sufficit bartholomeꝰ penetrãda. Secundo fuit multe sanctitatis, que quidẽ sanctitas in tribus et ex tribꝰ apparet: z cõsistit scz terrenorum despectione vnde dicitur de eo q̃ ipse sic ait. Ego nihil terrenum nihilq; carnale desidero. Probat et ipsius sanctitas in feruenti oratione: vñ dixit ei ꝺ̃mõ. Apostole dei bartholomee tue z in cõstãti mẽcendunt me orationes tue z in cõstãti mẽ

fomace surgẽtib⁹ trahebãt. Respiciẽsq; carp⁹ vidit celũ apertũ ꝛ iesum cũ multitudine angelorũ: sed a deo delectabat in punitione illorũ q; vix respicere volebat ad celũ. Tandẽ iesus ad ipm descẽdẽs homines eripuit ꝛ carpo dixit. Percute me parat⁹ sum eẽ adhuc ꝓ oib⁹ salnãdis pati: ꝛ hoc mihi amicũ q; non pecẽt hoies. Ecce tria ꝛba mirabilis pietatis. Unũ qñ dixit ꝓcute me vt illoꝝ vindictam in semetipm retorqueret. Aliud qñ dixit q; si possibile eẽt adhuc ꝓ hoibus salnandis pati parat⁹ esset. Tertiuꝫ qñ dixit q; valde sibi amicũ est vt hoies abstineãt a peccatis. Tertio fuit ordinat⁹ ẽpũ ad se ꝓ magne sanctitatis pfectionẽ ꝓpter quã honorat⁹ fuit a xpo: ab angelo ꝛ a mundo. Christus nãq; ad ipm in carcere descendit: ꝛ missam celebrãti panez obtulit dicens. Accipe hoc chare meus q; mecũ erit merces tua magna. Angeli honorauerũt: ꝛ ẽpũ ad corp⁹ qñ corpus dionysij caput inter sua brachia angelis cũ laudib⁹ ꝓcedentib⁹ fere ꝓ duo miliaria deportauit. Et ẽpũ ad aiam: qz multis laudib⁹ aiam eius ꝛ sociorũ angeli deportauerunt ad celum. Totus ẽt mundus ipm honorat. Unde dixit sibi christus. Memoria tua erit in laude. Eccli. xliij. Sapiẽtiã sanctoꝝ narrãt populi ꝛc. Secũdo describit ẽpũ ad suã cõuersionez: cũ dr: in manu dei sunt. Prius quidẽ erãt in manu sinistra sed postmodũ in manu dextera dei venit qñ de statu infidelitatis xpi ipsum conuertit. Cuius conuersionẽ tria causarunt. Primũ est obscuratio. Uidẽs eẽ Dionysi⁹ eclypsim factã in passione domini nõ esse naturalẽ: tũ quia luna erat imperfecta diffãtia a sole: tũ quia eclypsis lumen nõ aufert ab omnib⁹ partibus terre tũ qz ꝓ tres horas durare nõ põt Dixit. Ordo nature peruertitur aut elementa mentiunt aut de⁹ nature patit ꝛ elemẽta sibi cõpatiunt. Scõm est pauli predicatio. Act. xvij. Quidã viri adhereẽtes paulo crediderũt: in q̃b⁹ dionysi⁹ ariopagita ꝛc. Tertiũ est cuiusdã cecitas illuminatio sicut in legẽda habeꝫ. Tertio describit seu cõmendat ẽpũ ad peccatorũ ꝓvocationẽ: cũ dr: ꝛ non tanget illos tormẽtum malitie. Malitia post suã questionẽ ipsum nõ tetigit: sed semper se in puritate seruauit: qđ triplici exemplo ostendit. Primo qz se a minimis in puritatib⁹ custodiauit. Unde dicit in eccl. hier. Et eminẽcedentes ad diuinũ sacrificiũ mundari conuenit etiam ab vltimis animi fantasijs. Secũdo quia se ad puritatẽ semꝑ ducebat. Uñ dicitur in lib. de diuino. Sãctitas vt scõm nos dicatur esse ab omni immũdita libera et pfecta ꝛ omnino immaculata mũditia. Sicut enim dr. Mat. vj. Ex abundantia cordis os loquit. Tertio quia tẽporalia cõtẽnebat vbi supra dicit. Si illi quos dicis fetos diligunt res que sunt super terram inherentes materie corruptibili ab omni diuino amore ciderunt et nõ nouit quomodo sancti vocentur. Quarto describit ẽptum ad suam passionem: cum dicit Uisi sunt oculis insipientiũ mori. Uñ dr: visi sunt insipientibus: quia in veritate coram ipsis infidelibus non sunt mortui: sed vini. Quodq; tetigit quia sancto regulo epo arelatẽsi, missam celebranti tanq̃ tres colũbe apparuerunt habentes in suis pectoribus tres sanguineis nomina ipsorũ scripta. Ideo autem apparuerunt in specie colũbe sanguine tincte ad innuendum quod per simplicitatem innocentie et per sanguinem passiõis proprie. Quinto describitur ẽptum ad suam glorificationẽ: cum dicitur Illi autez sunt in pace de quo pace dicitur Esai. xxvũ. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Eotumq; pax est pulchra secura ꝛ opulenta. Tunc enim est pulchra quando fit hostibus superatis. Esaie. nono. Jugum enim oneris eius: et virgam humeri eius ꝛ septrum exactoris eius superasti. Tunc est pax secura quando fit hostibus exterminatis. Esai. vigesimoquinto. Precipitata mortem in sempiternum. Leuit. vigesimoquinto. Dabo pacem in finibus vestris tunc est opulenta quando fit hostibus expoliatis. Tunc enim expoliabuntur egyptij ditabuntur hebrei. Exo. xij. Expoliauerũt egyptios.

¶ Sermo. cclxix.

De sancto Luca. Sermo. j.

Salutat vos lucas medicus charissimus. Colo. iiij. Ad honorem salutãtis prosequimur istud verbũ salutatiõis vbi beatus lucas a quatuor commendatur. Primo quia salutẽ ꝓcuratiõe: cũ dicit Salutat vos. i. salutẽ eternã exoptat. Quã si quidẽ salutẽ dupliciter ꝓcurauit. Primo verbo euãgelice cõscriptionis. Unde potest ꝓpriã scribe in tpe vacuitatis. In humano siquidẽ genere triplex erat vacuitas. De qua dicit Geñ. j. Terra autem erat inanis ꝛ vacua ꝛc. Uacua quidẽ erat affectiua dei dilectione. Uñ dicitur inanis: ꝛ vacua: ꝛ intellectiua dei cognitiõe. Jõ dicit Et tenebre erant super faciẽ abyssi. Contra istã triplicem vacuitatem lucas triplicẽ scripsit sapiẽtiã scz euãgelicã: vt illuminaret intellectiuã ad dei cognitionez. Esa. xj. Repleta est terra sciẽtia dñi. ꝛc. Apostolicã, id est actus apostolo. vt animaret operatiuã ad meritoriã actionẽ. In ipsis nãq; actib⁹ ostẽdit ẽpũ apli fuerit fortes ad operandũ ꝛ ad quodlibet aduersum sustinendũ. Jac. v. Exemplũ accipite fratres lõganimitatis: labore ꝛ patientie ꝛc. Epistolarẽ, id est epistola ad Hebreos. Nã sicut dr in ꝓlogo epistolã ad Heb. Illã scriptã lingua hebraica apls misit cui⁹ sensuꝫ ꝛ ordinẽ retinens Lucas post mortẽ apostoli eaz greco sermone ꝓposuit. In illa autẽ epistola intendit apostolus iudeos a legali ritus obseruãtijs auertere: ꝛ ad legẽ charitatis ꝛ amorẽ christi ipsos inflammare. Secũdo nostrã salutẽ procurauit ex habuit ꝓ que nobis fuit: in exẽplũ scz innocentiã veram. Hieroñ. Seruiens deo sine crimine. Penitentiã durã. Unde dicit Crucis mortificationẽ in suo pecto re ꝓtulit nois amore portauit: ꝛ finalem perseuerantiã. Hieroñ. lxxviij. annoruꝫ obijt in bithinia plenus spiritu sancto. Ecce ẽ sancte incepit quia ob innocẽtiã laborioseꝫ ꝓsecutus fuit quia cũ penitẽtia durã quã feciliter cõsummauit: quia cũ spiritussancti abundantia. Habemus ergo in eo exemplũ innocentie ẽptuz ad vitã inchoandã penitentie ẽptum ad vitam prosequendam: ꝛ perseuerãtie ẽptũ ad vitã consummandam. Secundo commendatur a multiplici illuminatione, cũ dicit Lucas qui a luce dr. Est enim quadruplex lux que ipsum illuminauit. Prima est lux spiritualis q̃ est diuina sapientia q̃ ipm illuminauit ab interiori. Sap̃. vij. Proposui pro luce habere illã ꝛ eccl. xv. Implenit eũ dominus spũ sapiẽtie et intellectus Amb. Lucas omnes sapiẽtie virtutes sua hystoria compreheñdit. Docuit quippe naturalia dñi vnigenitz dei filium ostendit: ꝛ in eius aduentu celorũ virtutes moueri predixit. Jn cui⁹ passione tenebre facte sũt. Docuit etiam moralia vt inimicũ diligere verberantem non repercutere mutuꝫ gratis dare Docuit rationalia dñi qui fidelis est in minimo et in maiori esse ostendit. ¶ Secũda lux est carnalis que est cõuersatio lucida q̃ ipm illuminauit ab exterioꝝ Matt. v. Luceat lux vestra coram hominib⁹ ꝛc. ij. Cor. viij. Misimus fratrem nostrum. i. lucã secundũ glo. cuius laus est in euangelio ꝓ omnes ecclesias. Misimus inquit fratrẽ nostrum. i. speciali nobis familiaritate cõiunctũ: cui⁹ laus nõ est in mũdo: sed in euangelio ꝓ ecclesias: nõ ꝓ synagogas Ostẽditur igit q̃ lucas fuit celebris fame: tũ qz familiaritate apostolica decorat⁹, tũ quia apud oẽs fideles accept⁹. ¶ Tertia est lux intellectualis: q̃ est virginalis mundicia: que ipsum illuminauit ab interiori. Sap̃. viij. O q̃ pulchra est casta generatio cũ claritate: que ꝓ tãto dicitur intellectualis: quia hoc est angelicũ non humanũ. Lucas aũt teste hieronymo virginitatẽ perpetuã custodiuit Cui⁹ virginitas quatuor conditiones laudabiles habuit Fuit nanq; integra in carne: ꝛ in mente. Hiero. Sine crimine in virginitate ꝑmanẽs dño maluit deseruire. Fuit laboriosissime acquisita: vnde dicit in oratione Sancte crucis mortificationem ꝛc. Fuit lõganimiter cõseruata. Hier. Neq; vxorẽ vnq̃ habẽs neq; filios. lxxviij. annorũ obijt in bithinia. Fuit oleo spiritus sancti enutrita Hiero, obijt plen⁹ spiritus

sancto. Jt ad oleuz fatue virgines nō ha
uerunt tō defecerūt. ¶ Quarta est lux ce
lestis que est spūssancti inflentia, q̄ ipsuz
illuminauit a superiori de qua dicit. Act.
ix. Circunfulsit eū lux de celo. Jstam lucē
habuit beatus lucas qui teste hier. sctō
instigante spiritu euangeliū suuz scripsit.
De ista luce dicitur in ps. Signatū est su
per nos lumen vultus tui domine. Spiri
tus enim sanctus z animā illuminat id
circo ōr lumē z aiam sigillat ideo ōr si
gnatū est z aiam deo assimilat, ideo dicit
vultus tui dñe z aiam letificat, tō ōr dedi
sti letitiā in corde meo Sic z beatū lucā
illuminauit per celestē sapiētiā. Sigillau
it p integritatē pfectā. Assimilauit per
charitatē accēsam z letificauuit per tocū
dita tē internā. Tertio cōmēdak a spūa
li curatione cū ōr medic⁹. Qrem erāt q̄
tuor infirmitates: ideo in suo euāgelio
posuit quatuor medicias dicēs, Luc. vj.
Beati pauperes qm̄ vr̄z est regnū celoz.
Est em̄ primꝰ modꝰ curādi p munitionē,
t isto mō curak infirmitas auaritie. Jstuz
modū tangit: cū dicit. Beati pauperes.
rc. Jn minutione aūt sanguis putridus
ex toto est abiciēdꝰ supfluꝰ diminnēdꝰ
necessariꝰ retinēdꝰ. Sāguis putridꝰ sunt
diuitie iuste acquisite q̄ sunt ex toto abi
ciēde Luc. xix. Si q̄d alicui defraudaui
reddo q̄druplū. Sāguis supfluꝰ sunt di
uitie ex supfluitate possesse. Jste sunt di
uitie diminuēde: t paupibꝰ erogāde. Jbi
dē: ecce dimidium bonorum meorum do
pauperibus. Sāguis necessarius sunt di
uitie ad necessitatē retēte. j. Tim. vj. hītes alimēta z quibus tegamur his con
tēti sumus. scōs modꝰ curādi est p diete
obseruationē p quā sanak infirmitas gu
le qō notak cū ōr. Beati qui nūc esuritis.
rc. Eccl. xxxvij. Qui abstinēs est ad ūciet
vitā. Luc. xxj. attendite ne grauent̄ cor
da vestra in crapula z ebrietate. Tertiꝰ
modꝰ curādi est per sudorē quo sanak i
firmitas inepte leticie quod notak cū di
citur. Beati qui nūc fletis. Sudat em̄ ocu
lus p lachrymationē: cor p dolorē. Eccl.
xxij. Pungēs oculū deduxit lachrymas
t q̄ pungit cor pfert sensum, id est sen sibi
lem dolorē. Quartus modus est p famā
re potionis sumptionem per quā sanak
infirmitas luxurie t istum modū tangit
cū dicitur. Eccli. xxj. Malicia vnius horē
oblionē facit luxurie magne. Jstas qua
tuor medicinas medicꝰ christꝰ assumpsit
in se. Quibus dā: enim in manibus t pedi
bus minutionem fecit. xl. diebus t noctibus dietam seruauit, t sudorem sanguineum sudauit fel z acetum ad bibendum
sumpsit. quarto commendatur a sanctis
biti cōuersatione cum dicit charissimus.
Jpse em̄ fuit charus regi: tum quia sce
tis discipulꝰ scōm quos dā ynus de. xpi
secretis ius. Secreta em̄ paranymphi
lia que angelus z sola virgo sciebant lo
cus lucas disseruit tam qz ex pictor exe
gius quia secundum Damas. Jmagines
eius de pinxit que rome habentur. et
eius historiographus describens ipsius
riam eius annunciationis, concepcionis
t natiuitatis. Fuit charissimus pincipi regis, id est paulo, tum quia eius
tutor deuotꝰ quia secundum hiero. ipsi
vsq; ad consummationem seculi. Co. in
quia eius comes indiuiduus. j. Coloss.
viij. Ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre hoc secundum fa
mam de beato luca accipitur.

¶ Sermo. cclxx. De eodem. Sermo. ij.

Lucas est me
cum solus rc. Thema
lucas interpretatur elatus
uans vel consurgens in
premissis autem verbis
de beato luca triplex elena
duntur primo p habuit mentis elevationem: quo ad deum cū dicitur elevauit
Jpse enim a terra se totaliter elevauit
in duz penna contemplationis volatu.
Sex nanq; in se habuit per que ipse se
a terrenis elevauit z sic alte volauit. Unde
mo per corporis attenuationem. Unde
dicitur in sermone qui per ecclesias
gitur. Martyrium suo corpori assidue
lamentationibus crebrisq; vigilijs ma
bra sua macerans ipse indixit. Secun
per plumare id est virtutum varietatem
vnde dicitur vbi supra. Lucas inter ge
gelorum z apostolorum choros elegan
denitum

lentium virginum lilia z immarcessibi
es rosarum martyrum flores chorusca
dicit nāq; chorusare iter angelos z vir
gines: quia virgo extitit inter martyres,
inter apostolos: quia euangelista z nuncius dei fuit Tertio per alarum magnitudinem que sunt oratio z eleemosyna:
apponendo autem opinionē beati Hie
ronymi. q̄ fuit socius cleophe ipse deuotam
orationem fecit quando dixit. Mane no
biscum domine quoniam aduesperascit
z eleemosynam impendit quando ipsuz
ad hospitiū inuitauit. Quarto per venti
spiritussancti impulsionem, vnde dicitur
de ipso z alijs sanctis animalibus. Ezechiel. j. Ubi erat impetus spiritꝰ illuc gradiebantur. Quinto per esce preparationem. autis enim que ad destinādā escam
perge t citius volat iurta illud Job. ix. Sicut aquila volans ad escam, esca ad quā
lucas festinabat fuit ardens ad quam p
ardentis desideria currebat. vnde dicebant ipse z cleophas. Luce. vlti. Nōne
cor nostrum ardēs erat in nobis. Secūdo habuit peccati immunitatem quo ad
se quod notatur in illa interpretatione q̄
dicitur consurgens: qz ab omni petō surrexit. peccatum nanq; propter suā ponderationem surgere non permittit, cuꝰ
ponderositos mōstratur: tū qz ad aliud
trahit Greg. Peccatū q̄ō per penitentiā
non diuitur mox suo pondere ad aliud
mergit trō. xv. Submersi sunt quasi plū
bum in aquis vehementibus: tū qz deus
eum premit. Esa. j. Laborauit sustinens. Patet eius ponderositas etiam ex
fat. gat z dine. Job. ix. Si fortitudo queritur robu
stissimus est: celū firmissimū solidātem.
Job. xxvij. Tu fortitan cū illo fabricatꝰ
es celos q̄ solidissimi quasi ere fusi sunt
terra, perpetuā stabilitatē: Eccli. j. Terra aūt in eternū stat: z tū petim̄ a deo pon
derosam est q̄ nec deꝰ ipsum portare po
test cū tota sua fortitudine. Hier. xviij. c.
vos estis mihi onus p̄ciam vos: nec ce
lū cū sua soliditate. Luc. x. videbam sa
tanā quasi fulgur de celo cadētem: nec
terra cū tota stabilitatē rc. Num. xvj. Di

Sermo. de sctis

rupta est terra sub pedibꝰ eorum: z apes
riens os deuorauit eos, tertio habuit ma
gnā charitatē ihū ad proximū q̄ notatur cum dicit. Est mecū solus magna cha
ritas: qz ceteris apostolis deserētibus,
ipse solus nō nos deseruit sed nobiscū
quadruplr remānsit. s. q̄ desiderabilia sua
p verba sua per exempla sua, z p aditoria sua. Jpse em̄ dū vineret quatuor p̄conia habuit fuit nanq; charissimus z fuit
medic⁹. Colo. iiij. Salutat vos lucas me
dicus charissimꝰ, Fuit fama z opinione
preclarꝰ. q̄. Coy. viij. misimus fratrē no
strū scilicet lucam em̄ glo. cuius laus est
in euangelio p omnes ecclesias. Fuit z fi
delis socius. Einsdem. viij, ordinatus ab
ecclesijs comes peregrinationis nostre.
Quia igit fuit charissimus remansit no
biscū p desideria sua. desideria siquidē
ardentia habuit qui dixit. Nonne cor no
strū ardēs erat in nobis rc. z si tā arden
tia desideria habuit in hac vita misera
multo fortiꝰ mō hz in vita beata vbi no
strā salutē desiderat. Unde recte mō sibi
conuenit illud quod dixit apostolꝰ. Col.
iiij. Salutat vos lucas id est salutē eternā optat rc. Deus autē desideria sctōrū
cito exaudiuit. ps. Desideriū pauperum
exaudiuit. Secūdo qz fuit medicꝰ remansit nobiscū per verba sua: per que z animas languentes curat, z nostrā tarditatem informat: z viā celestis patrie demōstrat. de primo dicit Hiere. Ota ybra sua
ale languentis sunt medicina. de duobꝰ
sequentibus dicitur in sermone q̄ per ecclesiā legit. Beatus lucas velut insignis
lucifer ab occiētalibꝰ relucēs nobis lumē
fidei z celestis itineris callem patiēter de
monstrat. Tertio qz fuit fama preclarus
remānsit nobiscuz per exempla sua. Nos
em̄ in hoc seculo vt habeā ad Titū. iij.
debemus viuere sobrie quātū ad nos: et
pie quantū ad deū, z iuste scilicet ihū ad
proximū. Ad ista tria sanctus lucas nos
suo exēplo informat. Jpse enim vixit so
brie quantū ad se quia crucis mortificationem in suo corpore portauit z virgini
tatē seruauit. Uixit pie ihū ad deū: quia
circa pietatē cultus diuini z fidei excellenter claruit. vixit iuste ihū ad proximū
qz suo superiori dedit reuerentiam sicut

paulo cui semper in omnib⁹ obediuit: z suo equali dedit concordiam sicut cleophe socio suo cum quo emaus concordi ter iuit z concorditer redijt: z suo inferiori. i. nobis dedit doctrinam: quia per euangelium fidem; docuit: z per actus apostolorum mores instruxit. Quarto quia fuit fidelis socius remansit nobiscū per auxilia sua. Ipse enim z alij sancti per orationes. z merita sua nos adiuuant. .j. Macha. xv. Hic est qui multū orat p populo z vniuersa ciuitate. Unde legitur q cum christiani a turcis essent obsessi: apparuit eis quidam vir lucidus z coruscans dicens se esse lucam euangelistam precipiens christianis vt contra hostes ad bella procederent. Sed cum illi trepidarent ante eos se posuit et victoriam magnam fecit.

¶ Sermo. cclxxx. De eodem sermo. iij.

Secundū animal: simile vitulo. Apoca. iij. Inter cetera sancta animalia sanctus Lucas per vitulum siue bouem est designatus. Est nanq; bos ad quatuor commendabilis. Primo ad sacrificium quia deo in templo in sacrificiū immolabatur. Sic beatus Lucas dicitur bos ratione sacrificij: quia circa templū semper immolatus fuit: z in principio sui euangelij z in medio e in fine. In principio agendo de zacha. immolatione precursoris in tēplo annunciatione z marie purificatione. In medio agendo de christo duodeni in tēplo remanente z in templo predicāte. In fine suū euangelium per discipulos in templo deū laudātes consummante, homo enim iust⁹ dz esse bos ratione sacrificij: qr corpus suum debet macerare ne lasciuiat in principio in medio: z in fine. i. in iuuētute. virili etate, z in senectute. Secundo bos commēdabilis est christū ad suū incessum: qr non saltando vadit sed mature incedit. Gregor⁹ sup illud Ezechie. .j. plāta pedis q si plāta pedis vituli. .s. mature incedētis fortis z diuisa. Et quo habetur q lucas in suo euāgelio incessit mature fortiter z diuisum. Mature q dē primo introduxit precursorem regis postea incepit a conceptione regis. Et de conceptione precursoris ad natiuitatē: de natiuitate ad infantiā qñ dixit Luc. ij. Postq̄ cōpleti sunt dies octo vt circūcideret puer, de infantia ad pueritiā. Cū dixit eiusdem. ij. Remanēte puer iesus ꝛc. De pueritia ad iuuentutē. Ibidē Erat iesus incipiēs quasi annorum xxx. Deinde ad suā consummationē in cessit fortiter, alij euangeliste fortiter inceperūt sed nō fortiter finierūt. Matheus enī z Joannes nihil egerunt de ascensione. Marc⁹ nihil agit de iudiciaria potestate. Lucas autē tā in euangelio q in actibus ista plenius prosequitur. Incessit etiam divisim qr narrationē precursoris z regis nō cōmiscuit: sz diuisiz posuit. Aget enī de annunciatione precursoris accedit ad annunciationē regis, agens de natiuitate precursoris accedit ad natiuitatē regis. Agēs de p̄dicatione precursoris accedit ad p̄dicationē regis. Homo etiā iust⁹ debet esse bos ratione incessus qr dz procedere mature: opera sua matere pficiendo. Quia sicut dicit. Prou. xiij. Substantia festinata minuet: que autem paulatim colligit multiplicatur. Fortiter in bonis operib⁹ perseuerādo. Prou. xvij. Manus fortiuz dominabitur. Diuisim bonos a malis z magna a minoribus separādo. Hiere. xv. Si seperaueris pretiosum a vili quasi os meū eris. Tertio bos cōmendabilis est christū ad māsuetudinē: quia iugo, pressus stimulo agitatus clamoribus lacessitus non murmurat nec reclamat. Sic lucas z alij sancti viri sub iugo penitētie: agitati stimulo passionis tyrannice: lacessiti clamoribus iniurie nō murmurant in ore: sed patientiā seruāt in corde. Juxta illud quod cātat ecclia. Non murmur resonat non querimonia ꝛc. Quarto bos commendabilis est christo ad laborē z vtilitatē. Est enim animal de laboriosum z vtile Sic ipse beatus lucas fuit laboriosus z vtilis per quatuor officia que habuit. Primo enim fuit pictor imaginum. Unde dixit Damas. Beatus lucas pictus lucam euangelistā pinxisse domine matrē eius: z eorum imagines habere in romanorum famosam ciuitatē. Ecclias. xxxviij. Assiduitas eius variabit picturā eorū dabit in similitudine pictore: z vigilia sua perficit opus. Secundo fuit medicus corporū z aiarum. Hic z hystoriam: sz si nouerimus eorū scripto rum esse lucā esse medicū aduertimus ola verba illius aie lāguentis esse medicinis. Eccli. xxxviij. vnguentarij faciet pigmētum sanitatis ꝛc. Tertio beat⁹ lucas fuit compilator librorū. Cōpilauit enī euāgelium: actus apostolorū z epistolas ad hebreos prout ab ore sancti pauli audiuit. Eccli. xlij. Quesiuit verba vtilia christum ad euāgelium qō cōposuit z scripsit sermones rectissimos christum ad actus apostolorū quos compilauit ac veritate plenos: christum ad epistolā ad hebreos quā trāslatauit. Quarto fuit notarius plurimorum sicut christi cuius genealogiā: conceptionem: natiuitatē infantiā predicationem z passionem ac resurrectionez, z ascēsionem fidei filio conscripsit. Beate marie virginis quia scripsit eius secreta. Fuit notarius apostolorū qr scripsit eorum acta fuit specialis notarius pauli: qui prosecutus est eius gesta. Nec mirum si notarius tot z tāta scribere sciuit: qui ad hoc quatuor magistros habuit. Primus fuit spūssanctus. Hiero. Sancto inspirante spiritu in chaye partibus scripsit euangelium. Secundus fuit beata virgo maria que verba angeli z pastorū cōseruabat z manifestabat. Eccli. xv. Obuiauit illi sicut mater honorificata. Tertius fuit apostolorum, vnde dicit in prologo suo. Sicut tradiderunt nobis qui a principio viderunt z ministri fuerunt sermonis. Quart⁹ fuit speciāliter apostolus pau. Hieron. in libro de viris illustrib⁹. Quidā suspicant quo tiens cunq; paulus dicit secundum euangelium meum de luce significare voluisse.

¶ Sermo. cclxxxj.

¶ In die Symonis z Jude. Sermo. .s.

Symon frater vester scio q vir consilij est ipsum audite: z ipse erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuuentute sua sit vobis princeps militie z ipse aget bellum populi ꝛc. .j. Mach. ij. De istis beatis apostolis symone z iuda quatuor cōsiderant que in premissis verbis notātur. Primo equales fuerunt christum ad se, quia fuerunt magne sanctitatis qō habetur ex interpretatiōe. Judas em̄ interpretat glorificans. Symon obediens. Ipsi enim deum glorificauerūt q conuersationis honestatem. Mat. v. Luceat lux vestra corā hominib⁹ vt videāt ꝛc. vñ legit i hystoria q cū iudas ad abgarū regem venisset: vidit rex in vultu eius quēdā mirū z diuinū splēdorē. Ille em̄ splendor significabat eius opera luminosa. Habuerūt etiā perfectā obedientiā. Et qr deo obediebant ideo oēs creature eis obedientes erāt. Habuerūt enim posse super elementa sicut super aquam aerem z ignē. Nā mare septuaginta mortuos reddidit quos symō suscitauit. Aer cū esset serenus in eorū morte tēpestate magna conuersus est. Ignis celestis pōtifices idolorū cōbussit, habuerūt posse super demonia: quia de corporibus hominum ea eiecerūt. Super corpora quia ea curabāt. Super animas qr eas a peccatis z ab errore purgabant. Secundo cōsiderādū est quales fuerūt ad bonos z fideles. Fuerunt nāq; magne charitatis: z ideo dr frater vester magne sapiētie: nō subdit, vir consilij est Magne pietatis: nō dr. Et ipse erit vobis pater. Eorū aūt charitas sapia z pietas manifestatur christū ad quatuor. Aliquādo enim subueniebāt in corpore in anima sanitatem integrā cōferendo sicut patet i abgaro rege cui iudas sanitatē corporis z aie impetrauit. Aliqñ in rebus z personis bella cōpescēdo: sicut ptz in duce babylonie cōtra indos pgētes quos ofonib⁹ mediātib⁹ pacificarūt, sicut ptz etiā in ciuitate Edissa: vbi epla saluatoris legit, z hostes inde fugiūt: aut cōponitur. Aliqñ subueniebāt infama z innocētia ipam cōseruādo, sicut ptz in quodā dyacono infamato quē ab ifamia defenderūt. Aliqñ in tribulatione magna morbos z pestilētias auferēdo: sicut ptz cum due tigrides per terram discurrerēt z omnes occiderēt apostoli eas manuetissimas

Universidad de Deusto Biblioteca

vedd̄iderūt. Tertio cōsiderandū est quales fuerūt ꝑsūt ad ꝑsecutores, qđ notat cum dr fortis viribus. Dñt nanq; sancti viri ꝑsūt ad ꝑsecutores tria hñe. ſ. firmaz eloquētiā, sapiētiā, ⁊ pstātia, ⁊ de his tribus dr. Luce. xxj. Ego ei dabo vob; os: ecce eloquētiā: ⁊ sapiētiā cui nō poterūt resistere: ecce sapiētiā: omnes aduersarij vestri: ecce cōstantiā. Jſti em̄ apostoli habuerūt firmā eloquentiā, vnde cum dux eos interrogasset de eorum genere ⁊ conditione ac causa audētius respōderunt. Si genus queris: Hebrei sumus: si cōditionē q̄ris: serui Christi Iesu. Si vero causam causa salutis vestre huc venim⁹. Secundo habuerūt magnā sapientiā. Magna siquidē sapiētia fuit q̄ magnos ⁊ pōtifices idolor; sciuerūt cōfundere p benivolentiā ⁊ iustitiā. Magna benivolentia q̄ cū dux pontifices idolorū vellet incendere ꝓhibuerūt dicētes. Nos missi sum⁹ nō vinētes occidere: ſz mortuos viuificare. Jtē cū angel⁹ dixit eis vnū ex duob⁹ eligite: aut hoz repentinū interitum aut vestrum martyriū R̄nderunt ei. Oramus dei miam vt istos cōuertat: ⁊ nos ad martyriū palmā ꝑducat Habuerūt ēt magnā iustitiā: qr cum magi serpentes venire fecissent ipsos in eos cōuerterunt qui eorū carnes lacerabāt. Tertio habuerūt magnā pstātiā. Potⁱ em̄ voluerunt mortem sustinere q̄ fidē dserere ſuātes illō Matthei. x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus: animā autem occidere non possunt. Quarto considerādū est quales fuerunt cōtra demones: qr fuerūt magne potestatis, qđ notatur cuz dr. Et ipse aget bellū populi. Demōes em̄ tūc quatuor modis homines impugnabāt. Primo p̄ fraudulentiam: dādo falsa respōsa. Sed apostoli horū fraudulentiā ⁊ deceptionem detegebant modo ſz ne per simulachra loq̄rentur ꝓhibēdo. modo vt responsa darent permittēdo. Ezech. xiij. Uidēt vana: ⁊ diuinant mēdacia dicētes ait dns cum dns nō miserit eos. Scdo per violētiā ad diuersa supplicia trahēdo: ſz apli eor; violentiā refrenabāt. Un̄ dux tantā eor; potentiā videns ait. Mȳs nr̄is potentiores vos video. Tertio p̄ prestigia per q̄ homines indificabāt: hominū, corda ⁊ sensus

Hs viriditatē Grego. Nihil viriditatis habet ramus boni operis nisi mānserit in radice charitatis. Tales enim qui habēt charitatē semper sunt virides quia si paulisper si succedūt ꝓspera ibi virescunt per temperantiā Nam secūdum Aug. homo aliquādo est bon⁹ iter bona ⁊ aliquādo est bonus inter mala aliquādo malus inter mala. aliquādo mal⁹ inter bona. Habens enim charitatē inter bona est bonus inter mala: quia malis scit vti ad patientiā. sed non habēs charitatē est malus inter mala: qr aduersa faciunt eū peiorē, ⁊ est malus inter bona: qr ꝓspera eū facūt elatiorē. Tertio mānserūt in xp̄o si curadū i sole accipiētes ab ipo sapiētie claritatē p̄ quam totā ecclesiā illuminaverūt. Un̄ de eis cāt⁊: quor; doctrine fulget ecclia vt sol ⁊ luna. Dicit autē beat⁹ Aug. qđ luna tripl⁹ obscurat: aut qñ eclipsat aut quādo nubib⁹ tegit, aut quādo renouat. Ecclesia q̄dē tripliciē statum hz ſz ptmittūs, modernū, ⁊ vltimū. In primo statu ſz tēpore martyr; luna fuit eclipsata: luna autē quādo est eclipsata, tota sanguinolēta esse videt. Sic etiā ecclesia primitiua catholica videt sanguinolēta. i. sanguine martyrū rubricata. In statu moderno obscurat p̄ nubes. i. per carnales cupiditates q̄ dicunt nubes, et fumentē obnubilāt: ⁊ qr etiā cito pertrāsūt. ps. Qui operit celū nubib⁹ ꝛc. Tempore aūt antichristi obscurabit p̄ renouationē. Tūc em̄ obscurabit: qr multis pse fuerit deprimet. ps. Ut obscurēt iobediā fm̄ literā Aug. ſz tñ postmodū renouabit: qr de fide trāsibit i spē. ō speciem magit⁊ i faciē claritatē. Quarto mānent in xp̄o sicut edificiū i fundamēto actipiētes ab ipso stabilitatem: ita q̄ nō timuerūt ventū. i. tentationem immissam a diabolo d est i aere caliginoso. nec pluuiā. i. persecutionē immissam ab hominē terreno. Mat. vij. Descēdit pluuia ꝛc. Quinto manserunt in christo sicut membra in capite suo: accipientes ab ipso sensum ⁊ motum. id est influentiam gratiarū et virtutum. Membra autem influentiam a capite non suscipiunt: aut quando sunt precisa, aut quādo sunt putrida, aut quādo sunt paralisi resoluta. Precisi autem a deo ⁊ hominibus sunt superbi. Eccl. x. Odibilis coram deo ⁊ hominibus est superbia. Putridi ꝓ sunt immundi. Prouer. xij. Putredo ossium est inuidia. Paralitici autem sunt auari: quia habent cor contractiuz ex frigiditate charitatis, ⁊ humidum ex abundantia iniquitatis. Matth. xxiij. Abundabit iniquitas ⁊ refrigescet charitas multorum.

¶ Sermo. cclxxiij. Eodē. Serm. iij.

Manete in dilectione mea ꝛc. Johannis. xv. Dominus apostolos sepe ad dilectionem admonet: inter ceteros autem isti duo scilicet Simon ⁊ Judas in dilectiōe sua vsq; ad mortem manserunt: quia pro christi amore mortē sustinuerūt. Sic etiā ⁊ nos debemus in dilectiōe christi remanere ⁊ ipsum diligere multiplici ratione. Primo propter tanti amici fidelitatem. Sunt enim quidam infideles amici qui non diligunt vere in vita: alij qui non diligunt in morte: alij qui statim obliuiscūtur post mortem. Christus autem in vita veraciter diligit. Prouerbiorū. viij. Ego diligentes me diligo. Et in morte diligit fortiter: quia ab hoste defendit. Eccl. vj. Amic⁹ fidelis ꝓtectio fortis. Et post mortem diligit vtiliter: quia ad regnū celorum perducit. ps. Tenuisti manum dexteram meam: scilicet in vita me conseruando: ⁊ in voluntate tua deduxisti me in morte me custodiendo, ⁊ cum gloria suscepisti me ad regnum tuum perducendo. Secundo christus est diligendus propter amicitie vtilitatem. Johannis. xiij. Pater meus diliget eum ⁊ ad eū veniemus ꝛc. Uenit autem pater ad memoriam cōfirmando: venit filius intelligentiam illuminando: venit spiritussanctus voluntatem inflammando. De eius vtilitate dicit Augustinus. Attendite quanta est charitas: que si desit frustra habentur: cetera si assit habētur omnia. Jdez. Ubi charitas ad est: quid est qđ deesse possit. Ubi

deest qđ est: qđ possit pdesse. De eis etiã vtilitate dicit Rom. viij. Diligẽtib⁹ deus oia cooperant in bonũ. Etiã petã pm gl. occasionaliter: qr tales fiũt humiliores: sicut ptz in Petro. vñ Aug. Audeo dicere sapbis esse vtile cadere in aliqđ pctm ap tum vñ sibi displicẽt qđ iam sibi placẽdo ceciderũt. Salubr⁹ em̃ sibi petr⁹ displicuit qñ flenit qđ placuit qñ negauit. Fiũt etiã cautiores sicut patet i dauid. Hiero. Aues ceteraq animalia i eaſdẽ pedicas retiaq nõ icidũt. Fiũt etiã fernẽtiores si cut ptz i magdalena. Ambro. Sãcti dñi si aliquãdo cadũt fernẽtiores resurgũt. Fiunt etiã deuotiores: qr cũ maiori deuo tione deo seruiũt ex eo q ipsos eripuit a morte culpe: resuscitauit in vitã gre, z li beranit a penis gehẽne. Unde talis ani ma regratiatur deo dicens. Eccl. xlj. Lau dabit vsq ad mortem anima mea domi num ꝛc. Tertio deum debemus diligere propter debitũ: quia ppter hoc homo fa ctus ẽ vt diligat deũ. Aug. Propterea fa cta est creatura rõnalis. vt summũ bonũ intelligeret: itelligẽdo amaret, z amãdo possideret: z possidẽdo frueret. Jstud de bitũ cũ nimis deũ a nobis reqrit Aug. in lib. pfes. Qui suz ego dñe vt me amare te iubeas z nisi hoc faciã trasceris mihi et minaris ingẽtes miserias ꝛc. Quarto de bemus eũ diligere ppter exẽplũ. Jpe em̃ nos dilexit amore recto, discreto z pseue rãti. Amore recto nõ habẽdo respectum ad suã vtilitatẽ: sz ad nr̃am. Sic z nos de bem⁹ r̃pm diligere ppter se solũ. Sz mul ti sunt q diligũt eũ amore obliquo volen tes simul diligere deũ z mundum: quod fieri nõ potest. sicut ostendit beatus Aug. triplici exẽplo: scz vasis. sinus, z manus. De primo sic dicit sup Jo. Si habitat in te amor mũdi nõ est q itret amor dei. vas es: sz plen⁹ es funde. qđ habes vt recipi as. qđ nõ habes fũde amorẽ seculi vt im plearis amore dei. De scõo sic dicit. De⁹ in sinu cordis tui parat⁹ erat dare indul gẽtiã exclusas claudis sinũ. z icludis pec catũ. excludz medicinã pcti. De tertio sic dt. Nõ pt qs amare qđ eternũ est: nisi de sitierit amare q tẽporale ẽ. Amorẽ homi nis sic pnta q̃si manũ aĩme. si em̃ man⁹ aliqđ tenet aliud tenere nõ põt. vt aũt te nere possit qđ dat: dimittat illũ qđ tenet. Scõo nos dilexit amore discreto: qm̃ turã nr̃am assumpsit z culpã cauit. Ver Christ⁹ i carnis assamptiõe cõdescendit mihi: in culpe vitatiõe consulnit sibi. Jto amore ꝓbem⁹ diligere primũ nos z deũ. Charitas ei habet zelũ mortẽ z alas. vñ Ambro. i lib. de Jsaac. Zelũ em̃ charitas hz: quoniã p zelũ quẽ habet: nec suis par cit. Et mortẽ hz charitas: qr sicut mors est finis, ita z charitas. Er q̃b⁹ ꝑdis ha bet q illi q̃ habẽt charitatẽ debẽt habe re zelũ ad primũ vitia arguendo. ad se ipsum mortẽ: vitia z omnẽ amorẽ mũdi extinguẽdo. Ad deũ alas ignitas: ad it p amorẽ ardẽter currẽdo. Tertio dilexit nos r̃ps amore pseuerãti. s. in principio parẽtelã nobiscũ cõtrahẽdo. Hier. xxxj. Jn charitate ꝑpetua dilexi te, ideo attra xi te miserãs i medio nobiscũ familiari ter cõuersando. Baruch. iij. Post hec in terris visus est, z cũ hominib⁹ cõuersa est. Jn fine p nobis moriẽdo Joh. xiij. Cũ dilexisset, suos q erãt in mũdo: in finẽ di lexit eos. sic z nos debemus r̃pm diligere in principio. s. in adolescẽtia nostra. in medio. i. in iuuẽtute: in fine. i. in senectute. Prouerb. xvij. Omni tempore diligit qui amicus est.

¶ Sermo. cclxxv. In festo omnium sanctorum. Sermo. s.

Mentote omnes do ferni facti sunt patres nostri ꝛc. s. Matth. iiij. Si cut dicit Beda. Festiuitas omniũ sanctoꝝ triplici de causa celebrat. vnde ali quando celebrantur Festiuitates sanctorum patres sanxerunt: vel ad incitandũ ad imitationem: vel vt nos eorũ meritis sociemur: vel eorũ ofonib⁹ adiuuemur: z iõ valde vtile est vt qualiter sancti sunt saluandi bis ad memoriã reducat. Hec aũt solem tas q̃ fit ad honorẽ omniũ sanctorũ qua druplici de causa instituta est. Prima sci licet a parte basilice consecrate: que eo dem cõsecrata erat omnibus idolis: sed postmodum consecrata est omnibus sanc tis. Aliqui igitur sunt qui faciunt festum pront consecrata est omnibus sanctis. Primo festũ angelorũ faciũt humiles. Angeli enim; sunt tante hũilitatis q nos Heb. j. Omnes sunt administratorii spũs militatẽ honorãt deum. Eccl. iij. Magna potestis dei solus: z ab humilibus hono ratur. Econtra vero festũ luciferi faciunt superbi. Job. xlij. Jpse est rex super oẽs filios superbie. Scõo festũ patriarcharũ faciũt misericordes z pij. Eccl. xlij. Hi sunt viri misericordie quorũ pietates nõ defuerunt. Econtra festũ mãmone faciũt mammonari. Mat. vj. Nõ potestis deo seruire et mammone. Tertio festũ prophetarum faciunt despecti qui ad instar reorum se despiciũt ꝓpter deũ. Heb. xj. Circuierũt in melotis z in pellibus ꝛc. Festũ autem Sephegor qui interpretatur deus vesti tus faciunt vane glorieris vnq. Quarto festum ne vane glorieris vnq. Apostolor⁹ faciũt fraternã salutẽ zelates pos. Jn omnẽ terram exiuit sonus eorum ẽt fi. or. ꝛc. Ecõtra vero festũ de beel ze pub. q interptat de⁹ muscar⁹ faciũt detra hentes q ad immũda. i. ad alior⁹ defect⁹ semper volãt: aliquando melioribus de trahẽtes. Mat. x. Si patrẽ familias beel zebub: vocauerũt q̃tomagz domesticos eius: de quib⁹ dicit. Non murmur resonat in platea. Quinto festũ martyrũ faciũt patien tes grimonia ꝛc. Econtra vero festũ martis est de⁹ belli faciũt iracũdi z ipatientes. Jac. iij. Litigatz z belligerarz ꝛc. Sexto festum cõfessorum faciunt abstinentes. q. Cor. vj. Jn fame z si. z igiin. mul. ꝛc. Econ tra festũ bel qui interpretatur deuorator faciũt gulosi z epulz seruientes. Math. xiij. Nõ tibi videt bel deus vivens: an nõ vi des quãta comedat z bibat q̃tidie. Phi lippen. iij. Quorũ deus venter est. Septi mo festũ virginũ faciũt puri z continen tes. j. Thes. iiij. Sciat vnusquisq vestrum vas suũ possidere in sanctificatiõe. z ho nore. Econtra festũ asmodei faciũt volu ptatem sectantes. Jlle enim demõ vt ha betur Tob. iij. Odit matrimonia et dili git adulteria. De talib⁹ dr. Sap. iij. Nul lum pratũ sit quod non pertrãseat luxu ria nostra. Secũda causa institutiõis su

mitur a parte nostre insufficiẽtie. Sancti em̃ sunt quasi infiniti: qr nõ possem⁹ om nium sanctorũ festum specialiter facere. Hodie facimus cõmuniter. Unde dictum est Leuit. xxvj. Comeditz vetustissima ve terũ z nouis supueniẽtib⁹ veteres abijcie tis. Uetustissima veterũ sunt tres in trini tate psone q̃ principio carẽt z fine: que de bemus come dere cũ auiditate, z deuotio ne reuerẽtiã exhibere, vt sibi per amorez incorporari possim⁹. Ueteres aũt sunt pa tres veteris testamẽti: quos possum⁹ ab ijcere. i. ab cor festiuitatib⁹ abstinere. No ua vero sunt patres noui testamẽti qs de bem⁹ p anni circulũ recoll gere z eis lau des impẽdere, nõ tñ singulariter: qr ipsi quasi infiniti sunt. Sicut em̃ ôt Hiero. in epi. ad Heliodorum z Cromatiũ. Null⁹ dies est qui nõ vltra quinq̃ milium mar tyrũ reperiri possit ascript⁹, excepto die Kal. Januarij. Romani em̃ ꝓceperãt nes tunc aliquis interficerẽt: tum qr erat pri ma dies anni: iõ deferri sibi volebãt: tum quia iano q̃ erat ꝑmus rex italie dedi cata erat: tum qr illa die multa ꝑtigia exer cebant: tum quia tunc suo cõsules permu tabant. Tertia ratio sumit a parte nostre negligẽtie. Nõ em̃ sepe festa sanctorũ ne gligẽter egimus aut propter hũanã fra gilitatẽ: aut ppter ignorantiã z oblitio nem: aut ppter negligentiam z remissio nez: aut ppter negociorũ secularũ nimiã occupationẽ. Et ita quatuor tangit Ra banus dicẽs: Decretuz est: vt hac die om nium sanctorũ memoria habeat: vt quic quid humana fragilitas per ignorãtiaz seu negligentiã seu occupationem rei se cularis in solennitatibus sanctorum mi nus pfecte peregisset: i hac sancta obser uatione soluat. Quarta ratio sumit a par te nostre indigẽtie. Nos em̃ suffragijs in digemus z qr hodie nõ honoramus ome nes: oẽs aduocatos habem⁹. Et qr im possibile est oratiões multorũ nõ exaudi ri, impossibile erit eorũ preces deo non admitti: iõ regina virginũ hodie ab om nibus sanctis associata ascẽdit. z ꝓ nobis intercedit: sicut in quadã visione mõstra tũ erat. ps. Astitit regina a dextris tuis: investitu deaurato circũamicta varietati bus. Jpam nãq associãt apli cũ vestib⁹

Beauratis: martyres cū vestibus purpureis confessores cum vestibus hiacinctinis: virgines cum vestibus candidis.

¶Sermo.cclxxvj. Eodē die. Sermo.ij.

ASsuerus q̄dez tertio anno imperij sui fecit grāde conuiuiū cūctis principib⁹ z pueris fortissimis persarū et medorū inclytis z prefectis puinciarum. Hester. j. Assuerus quo interp̄tat⁹ btūs significat xp̄m q̄ est gl̄ia z beatitudo sanctorū. Primꝰ annus ipsi⁹ fuit t̄ps legis mosaice in quo fecit conuiuiū valde paruū. Scōs annus fuit t̄pus gr̄e in quo fecit cōuiuiū semiplenū. Tertius annus est stat⁹ glorie in quo fecit cōuiuiū plenū atq; perfectum. Facie autem principibus, id est patriarchis z prophetis qui fuerūt in dei acie primi duces vel principibus. i. apostolis qui principant in celo: in mundo: z in inferno. ps. Principes populorum congregati sunt. Et pueris suis. i. virginibus a puritate dictis et fortissimis persarum. i. martyribus. persa enī interpretantur sua latera diuidentes: qz martyres habuerunt sua latera diuisa. i. corpora lacerata, z medoꝝ inclytis id est cōfessoribus. Medi interpretantur adequati: qz adequauerūt magnitudinē fidei, spei, charitatis z operatiōis. z fuerunt inclytū sciētia, vita z fama. z p̄fectis pronincia⁹ id est angelis. quorum quidā principant principatus. q̄dā locis. et quidā singularibus personis. Oēs ergo isti celestē gloriā cōsecuti sunt et multiplicī iure. Angeli q̄dē p feudataria possessionē. q̄nis enī suā beatitudinē z confirmationē meruerūt ex eo q̄ alijs superbientibus ad deū totaliter sint cōuersi. nihilominus tñ tenent seruare feudū z tributū z regi, z familie regis qz tenent deo assistere z nobis ministrare. Math. viij. militia militū ministrabāt ei. ecce tributū familie regis: z decies milies centena milia assistebant ei. ecce tributū regis. Istud autez tributū nos debem⁹ persolnere. s. de corpore mortificationem de anima deuotaz orationem z de rebus ad pauperes liberalem largitionē. Scōo patriarche z p-phete ipsam assecuti sunt p edificatiōē. edificauerūt enī sibi celestē mansionē. auro dilectiōis diuine de argēto dilectionis primi z de lapidib⁹ p̄ciosis. i. de-rib⁹ meritorijs. De isto edificio aureo argēteo z p̄ciosis. s. Cor. iij. Si quis superedificat sup fundamētū hoc aurū, argētē. ꝛc. Eleemosyna enī dū dat egēnis ꝛc. Eleemosyna enī dū dat egēnis ra. plūbū z sarū. Sed ibi terra puerilis aur. plūbū in argētū sarū, i lapidē fal sum. Augn. sup. ps Laudas mercatorē q̄ vēdit plūbū z emit aurū. nō laudas lū q̄ erogat pecuniā z acq̄rit intellectū. ratio apli ipsam assecuti sunt p emptionē. Math. xiij. Ecce nos reliquim⁹ oīa. ecce p̄cium. z infra cētuplum accipietis, z vi. possi. ecce cōparatū p̄mium. dz aut emit instar agri thesauri z margarite. vt habetur Mat. xiij. Instar agri qz reḡit in thesaurem consumpserūt iō dr. Dabo eis corona pro cinere. Secundo habebūt celestē melodiā quam sole cātabunt eo q̄ p absentia spōsi gemuerūt: nō dr oleū gaudij p luctu. Tertio habebūt cādidā ex eo q̄ vestē nigrā merorum induerunt iō subdit palliū laudis p spiritu merorum.

¶Sermo.cclxxvij.

¶Eodem die, Sermo tertius.

VOcate cetū cōgregate populum, sanctificate ecclesiā, coadunate senes, congregate parvulos z sugētes ꝛc. vsq; ibi. de thalamo suo ꝛc. Johelis. ij. Sancta mr ecclesia ordines omnium sanctorum hodie cōgregat vt eis laudem impendat qui in verbis premissis denotātur. Primus est ordo trinitatis qui notatur cum dicitur. Egrediatur sponsus, ꝛc. Sponsus autē est xp̄s. In nomine aūt Christi sm Augustinum tota trinitas intelligitur: nā cum xp̄s dr intelligitur vt vngens pater z vnctus filius: et ipsa vnctio spūssancti. Spiritualiter aūt xp̄s est spōsus qui hz quadrupler cubiculū. s. patris sinum, virginis vterū, crucis patibulū, z suū monumentū. Egrediatur ergo sponsus de isto cubili suo, vt associetur huic p̄senti sole nitati. De primo enim cubili egressus ei⁹ ab initio a diebus eternitatis. De secundo egressus est per temporalem generationem. ps. Ipse tanq̄ sponsus p̄cedēs de thalamo suo. De tertio egressus est ppt nr̄az salutē. Abacuc. iij. Egressus es in salutē ppli ꝛc. De quarto egressus es per gloriosam resurrectionē. Hier. remie. iij. Ascendit leo de cubiculo suo ꝛc. Ex ijs ergo quatuor trahit q̄druplex rō, q̄re iste spōsus sit a nobis honorād⁹ s. qz est rex noster, frater nr̄, iudex z glorificator noster. Nā inquātū egressus est de sinu patris, est rex noster. Inquātum egressus est de vtero mr̄is est frater nr̄: Inquantū de patibulo, est iudex noster. Et inquantū de monumēto est glorificator noster. De his quatuor legit zacha. ix. Ecce rex tuus, quo ad primū, venit tibi, vt. s. carnē assumat: quo ad scōm: iust⁹ quo ad tertiū. z saluator: q̄ ad quartum. Scōs est ordo virginis: q̄ notat cūbicū. Et spōsa de thalamo suo. Virgo enī beata nō est in ordine trinitatis: quia ibi nō sunt nisi tres psone, nec i ordine sanctoꝝ angelorum: sed sup eos: z iō facit ordinē p se. Dicitur aūt sponsa: qz de⁹ mr̄imoniū contrahit cū ea: quod fuit initiatū p verba de futuro quando dixit ei angelus. Ecce cōcipies z paries filium ꝛc. Fuit ratificatū per verba de p̄senti, q̄n virgo respōdit. Ecce ancilla domini. Et fuit cō summatum q̄n filius dei in thalamo virginali nostram naturā sibi vnivit. In isto matrimonio fuit bonum fidei: quia virginitatem illibatā virgo semp seruauit. Fuit bonum p̄olis: qz dei filium de suis visceribus genauit. Fuit bonū sacramēti, qz nunq̄ a filio suo diuisa vel separata fuit. In isto etiā matrimonio fuit cōiunctio animoꝝ per mutuā charitatē. Cāntico. vj. Ego dilecto meo, z dilect⁹ meus mihi. Fuit coniunctio corporū per naturę vnitatem, qz caro xp̄i est caro matris. Fuit indiuisibilitas habitatiōis amboꝝ qz sicut in vita dilexerūt se: ita z in morte nō sunt separati. Joā. xix. Stabat iuxta crucem iesu mr̄ ꝛc. Ista spōsa habuit triplicem thalamū. s. vterum spectosum, in quo habitauit diuina sapiētia. Animū vi scerosum in q̄ habitauit vniuersa eccl̄ia: z locū gloriosum in quo habitat sublimata. Ex his ergo trahit tripler ratio quare ego beata sit a nobis honorāda.

Universidad de Deusto Biblioteca

scz qz sponsa eterni regis: aduocata hũa ni generis, z regina totius curie celestis. Nã inquantum in eius vtero habitauit sapientia diuina facta est sponsa regis. Inquãtũ in ei⁹ animo viscerοso habitauit vniuersalis ecclia. facta est aduocata humani generis. Inquãtũ in loco glorioso habitat sublimata: facta est regina curie celestis. De his trib⁹ dicitur. Apo. xij. Mulier amicta sole ꝛc. Sole quidem amicta fuit: qñ dei filiũ genauit. Et lunã sub pedib⁹ habet, qz ecclesiã sub defensiõe tenet. Duodecim stelle sunt nouẽ ordines angelor: z tres hoim. s. martyres, confessores z virgines: que sunt corona eius: qz omniũ est regina. Tertius est ordo angelorũ qui notat cũ dicitur. Uocate cetum: vnde cantat. Cetus oẽs angelici. Iste autem cetus ſm Dionysiũ triplex habet officiũ scz illuminãdi, purgandi, z perficiendi. Et ex his trahitur triplex rõ quare sunt honorandi. s. quia sunt nostri illuminatores, purgatores perfectores. De his tribus regratiatur deo ppheta dicẽs. In conspectu angelorum psallã tibi ꝛc. Et subdit. Super misericordia tua, qua scz a petõ seu culpa me purgas: z veritate tua. qua. s. sapientia me illustras: qñ magnificasti super omne nomen sanctũ tuũ. i. qñ in tua gra me magnificas perficis z consummas. Quartus est ordo patriarcharum z pphetarum: qui notat cum dicit. Coadunate senes: q dicunt senes ppter reuerẽdã paternitatẽ qua nos genuerũt i fide. Thob. viij. Filij quidẽ sanctorũ sumus. Propter sensus maturitatem. Sap. viij. Cani sunt sensus hominis. Propter, puer sationis granitatẽ. ibidẽ. Etas senectutis vita immaculata. Ex his ergo trib⁹ trahitur triplex ratio quare a nobis sũt honorandi scz qz fuerunt genitores nostri in fide vera, maturi in sapientia, z honesti in vita. Eccl. xliij. Laudem⁹ viros gloriosos z parẽtes nostros. In hoc eñ q dicit viros: notatur sensus maturitas. In hoc q dicit gloriosos notat cõuersationis honestas. In hoc q dicit parẽtes nostros: notat ipsoꝝ reuerenda paternitas. Quintus est ordo apostolorum qui notatur cum dicitur. Sanctificate. i. sanctã ostendite eccl'iam. Sanctificatio autẽ presupponit sctm. Cõgregatio igit apostolorũ ꝛ eccl'ia sancta z sanctificata. ecclesia qz ipsam plãtauerunt. i. Cor. iij. Ego plãtaui: apollo rigauit eã. Scã ut vitã sanctã habuerũt: terrena z temporalia contempserunt: z fenestras sensuũ custodierũt. Esa. lx. Qui sunt isti q vt nubes volãt: z quasi columbe ꝛc. Sanctificata q: i aduentũ spũs sancti confirmati fuerunt. ps. Ego confirmaui ꝛc. Ex his ergo trahitur triplex rõ quare sunt honorandi. s. qz in fide nos plantauerunt suis doctrinis. Informauerunt suis exemplis. Corroborauerũt suis miraculis. Apoc. iiij. De throno. i. de aplis in quib⁹ deꝰ sedet procedũt voces ꝑ dationũ: z fulgura. s. lucidoꝝ exẽplor⁹ et tonitrua. s. terribiliũ miraculoꝝ. Septimus est ordo martyrũ. qui notat cum dicitur. Cõgregate pp'm. dñr eñ pp's a depopulando: qz depopulati sunt diabolum, mundũ z corpus ppriũ. Diabolũ in resistendo. Jac. iiij. Resistite diabolo z fugiet a vobis. Mundũ. i. pfecatores mũdi patiẽdo. puer. xvj, Melior est patiẽs viro fortti ꝛc. Corpus ppriũ faciẽdo. i. Corpus meũ z in seruitutem redigo. Ex his ergo trahitur triplex rõ quare sunt a nobis honorandi. s. qz oẽs hostes vicerũt triplici genere victorie. s. per modũ resistendi, patiendi, z feriendi. Heb. xj. Sancti per fidẽ vicerũt regna. ecce subdit. Obturauerũt os leonũ. ecce potestatia: per modũ resistendi: lapidati sunt. ecce sancti sunt ꝛc. Ecce victoria per modũ patiendi. Circuierunt in melotis z in pellibus caprinis ꝛc. ecce victoria per modũ se feriendi. Septimus ordo est ꝓfessorũ qui notat cum dicit. Et sugentes vbera. Ex vberibus triplex liquor effunditur. s. lac, butyrũ z sanguis. Sancti itaq; ex vberibus diuine pietatis suxerunt lac. i. intelligentiã diuine scripture. Esa. lx. Suget lac gentium ꝛc. Butyrum deuotionis interne. Job. xix. Quãdo lauabã pedes meos butyro: z sanguinẽ. i. memoriã passionis diuine. ps. Ut inting. pes tuus in sanguine. Ex his ergo trahitur triplex ratio: quare sunt a nobis honorandi. s. qz fuerunt doctores nostri, intercessores nostri, z inflãmatores nri. Nã inquãtum

suxerũt lac diuine scripture facti sunt doctores nostri. Inquantũ suxerunt butyrũ deuotiõis interne, facti sunt intercessores nri. Inquantũ vero suxerunt sanguinem passionis dñice, facti sunt inflãmatores nri. Nam qz erant inflammati: ideo alios inflãmabant. Octauus est ordo ỹginum: q notatur cũ dicitur, Cõgregate parunlos a puritate dictos. Est nãq; in eis triplex puritas que notatur Mat. xxv. In parabola de ỹginibus. s. vasis, liquoris ac lucis. Puritas vasis est mũdicia corporis. Puritas liquoris ẽ mũdicia gratie spũalis. Puritas lucis est honestas conuersationis. Ex quo trahitur triplex rõ quare sunt honorandi. s. qz sunt socij xpi: tẽplũ spũssancti z filij dei. Nã inquãtũ habuerũt puritatẽ virginalis sanctitatis puricie facti sunt socij xpi. Apo. xiiij. Hi sequuntur agnũ quocũq; ierit. Inquãtũ habuerũt puritatẽ spiritualis mũdicie facti sunt tẽplum spiritussancti. ij. Cor. vj. Nos enim templum dei estis. Inquantũ habent puritatẽ conuersationis sancte facti sunt filij dei: vnde postq; dominus dixit. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹ ꝛc. subdit. Et glorificent patrem vestrũ q in celis est. De his trib⁹ dicit Apoca. xiiij. Hi enim empti sunt ab hominib⁹ primitie deo z agno: ecce quia sunt socij xpi. Et in ore ipsorũ nõ est inuentum mendaciũ: ecce quia sunt filij dei. Sicut enim diabol⁹ est pater mẽdacij: ita deꝰ est pater veritatis. Sine macula sunt añ throno dei. Ecce qz sunt templum spũssancti.

¶ Sermo. cclxxviij.

De eodem, Sermo quartus.

℣ Patiebatur enim non tantum vt homines redimeret sed etiā vt elementa purgaret. In secta quidē fuerat terra: ex innocētis sanguinis effusione. Infecta fuerat aqua: ex hostiarum idolatrarū oblatione. Infectus fuerat aer: ex immolatoꝝ thurificatione. Infectus ignis ex sacrificiorum concrematione. Sed Christ⁹ mūdauit terram quando triginta tribus annis, super eā ambulauit. Mūdauit aquā: quādo in flumine Jordanis baptizari voluit. Mundauit aerē quando in aere crucifixus fuit. Mundauit ignē quando spiritussanctus in speciem ignis descendit. Tertio xp̄s dixit quedam q̄ spectant ad iudeos p quos, intelligunt pctōres. Et quibus tria dicit. Primo q̄ habēt vitā vitēdere posset. Si igitur christus in cōtrariam christi: cū dicit. Quo ego vado vos nō potestis venire. Christus em̄ ibat p̄ viam humilitatis: & ipsi erāt suarbi. Per viā pauptatis: & ipsi erant immundi. Esa. lv. Sicut exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris, & cogitata mea a cogi. ve Scōo dixit q̄ habitatri sunt regionē infimam: cū ait. Vos deorsum estis. ℌ ℣ Est enim post hāc vitam quidā locus supremus: scilicet celi: ad quem ituri sunt viri pfecti quidē mer dius scilicet purgatorium ad quē ituri sunt viri impfecti: qui secum portauerūt lignum, fenum, & stipulā. Qui dam est locus infimus scz infern⁹, ad quē ituri sunt pctōres & mali. De quibus dicitur hic. Vos deorsum estis &c. De hoc triplici loco dicitur in. ps. Calix in manu domini vini meri plenus mixto & inclinauit ex hoc in hoc, verūtamē fex eius non est exinanita bibēt oēs pctōres terre. Calix plenus vino mero est regio brōrū vbi pura gloria pcipietur. Calix plenus vino mixto regio purgādorum: vbi post admixtionē pene dabit gloria. Calix plenus fece est regio dānandorū vbi ira dei vsq̄ ad fices bibetur. Jurta illud. Esa. v. Bibitores de manu calicē ire eius: & potasti vsq̄ ad feces, tertio xp̄s dixit de malis q̄ habēt mortē periculosam cū ait. Moriemini in pctō vro. ℣ ℣ Circa quod sciendum q̄ aliud est mori pro pctō. Aliud mori in pctō, & aliud mori pctō. Pro pctō ait mori est mortuū nisi vn⁹ scz xp̄s: q̄ p pctis nostris mortuus est, iustus p iniustis. j. Pet. iij. Pro pctis nostris mortuus est iustus p iustis. Pctō aūt moriuntur viri sancti. j. Pet. iij. Peccatis mortui: iuste aūt viuimus. In pctō aūt moriunt sceleratī. Et hoc dicit hic moriemini in pctō vestro. ℣

26 ℣ Eadem feria. ij. scōe hebdo.

℣ Sermo secundus.

Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Quia homo in terra iacebat, & ipsum ascendere non poterat ideo christus ad terras venit vt ascensum hominum prepararet, & ad celū per eum ascendere posset. Si igitur christus in celo semper mansisset: nimis fuisset in loco alto: nec homo ad ipsum se erigere potuisset. Si vero in terra stetisset: nimis fuisset in loco depresso, Ideo christus voluit in loco medio: id est in aere vt homo ad ipsum posset ad celū ascēdere. Et hoc est quod dicit. Cū exaltauerim. ho. ad me ipm crucifixū dēo: tūc cognoscetis q̄ ego sum ei mediator, vos deo reconciliādo. ℣ ℣ Notandū autē est q̄ xp̄s in cruce voluit exaltari tanq̄ in cathedram: vnde nos doceret tanq̄ in speculum: vñ nos ab hostib⁹ cōseruaret tanq̄ in spectaculum: vñ nos reuocaret tanq̄ in patrillū, vñ p nos recuperaret. primo igit exaltari voluit in cruce tanq̄ in cathedrā, vñ nos doceret. Aug. sup Joā. L. gnū illud i quo sita erāt membra moriētis: & cathedra fuit magistri docentis. ℬ ℣ Docuit autē xp̄s de cathedra crucis quatuor lectiones. Prima fuit lectio magne pietatis. Cū. j. matrē Joānī cōmēdauit dicēs. Joā. xix. Ecce mater tua: p q̄ datur intelligi q̄ filij tante dicūtur esse pietatis ad parētes q̄ non tātū in vita debēt de eis curam agere: sed etiā quādo morium tur debent pro eis orare. Secūda lectio est charitatis quādo dixit. Luc. xxiij. Pater dimitte illis q̄ nesciūt quid faciūt: nec ē ista charitas q̄ illi eū occidebāt & ipse pro ipsis orabat. Tertia lectio est magne compassionis q̄n dixit. Mat. xxvij. Deꝰ meꝰ vt q̄d dereliq̄sti me. ecce ē ista compassio: q̄ dereliquerūt eū noti & primi seu ꝓpinqui. Dereliquerant cum discipuli: dereliquit videbatur a patre: sola mater eum non reliquerat que iuxta crucē semper stabat. Quarta lectio fuit magne devotionis q̄n dixit Luc. xxiij. Pater i manꝰ tuas cōmēdo spm meū, ecce ē ista devotio: q̄m totus vulneratꝰ erat. Inter vulnera sue memor erat: p q̄ datur intelligi q̄ in articulo mortis exhibēs: ola alia debet dimittere. & cura sue anime debet habere. Scōo xp̄s in cruce exaltari voluit tanq̄ in speculā: vnde posset nos ab hostibus conseruare. Solēt hostes speculā erigere: homines speculatores ibi ponere vt viatoribꝰ ibi clamēt: vt ab hostibꝰ se obseruent. ℭ ℣ Ambulātibꝰ vero p viā mūdi multa pericula imminēt: tā a mūdo, q̄ vult frāgere p impatiētiam q̄ a carne: que vult allicere p concupiscētiā q̄ etiā a diabolo: qui vult decipere p astutiam. Ideo xp̄s in speculā crucis ascēdit: & clamat ne damnemur nos a mundo frāgi, nec a carne illici, nec a diabolo decipi. ℌ ℣ Clamauit autē multipliciter i cruce. primo orationib⁹ devotis. Scōo lachrymis amaris. De his duob⁹ habēt Heb. v. Qui diebꝰ carnis sue ꝑces supplicatiōesq̄ ad deū q̄ posset illū saluū facere a morte cū clamore valido & lachrymis offerēs: &c. Tertio clamauit sanguine &c. Heb. xij. Accessistis ad sanguinis aspersionē melꝰ loquentem q̄ abel. Quarto clamauit corde. Nam ipsum cor hominī manifestauit quādo latus suū aperiri voluit: & talis amoris fuit maxima amoris clamatio. Tertio ascendit in cruce tāq̄ ad spectaculū vñ nos reuocaret. Qñ ei aues ad dños suos redire nolūt: solēt ad spectaculū ascēdere. & oblato aliquo frusto carnis assibilare, & sic eas reuocare non cessant. Homo anis cōtumax a deo auolauerat. Osee. xiij. Effraim quasi auolauit Jōxp̄s crucis spectaculū ascēdēs totū corpus suū cruētauit vt ad se fugitiuos homines reuocaret. ℰ ℣ Sz notādū q̄ triplici de causa aues ad dños suos redire nolunt Aut q̄n sunt nimis replete, aut q̄n in deuotionē prede sunt occupate, aut quando non sunt bene domestice. Ista triplici de causa homines ad deum non redeunt, sed potius fugiunt. Primo quando diuitijs sunt repleti nimis. Deutero. xxxij. Incrassatus est dilect⁹ & recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatat⁹ dereliquit deum factorē suum: & recessit a deo saluatori suo. Scōo q̄ spurcitijs peccatorum sunt deditī. Tales similes sunt corruo quē noe de archa emisit: qui deuotatiōi cadauerū se dedit & iō ad archā nō rediit. Tertio q̄n non sunt bñ domestici. Dicit de leone q̄ q̄n cozā leōe flagellat canis leo domesticatur. Multo au tē fortius domesticat canis si ante ipsum flagellarēt leo. pueri etiā volētes domesticare aues: & ad loquēdum docere dāt

eis vinū bibere. Nullū est aial ita siluestre qđ ex bñficijs nō efficiaf mansuetuz et lene. Et tñ multi sunt ira siluestres q̄ domesticari nō pñt. Nec ex flagellatione leōis.i.xp̄i:nec ex potu sui sanguinis: nec ex collatis beneficijs. Jr

¶Quarto ascendit in crucē tanq̄z in patibulū, vt inde perditos recuperaret. Cōsuetudo fuit antiquitus q̄ res pdite quā do inueniebanf in patibulo, suspēdebanf. Olim pditi erant angeli q̄rum ad numeri diminutionē. Erant pditi actiui: qz non poterant facere aliqua meritoria opera. Erant perditi prelati: qz nō poterāt subditos instruere p aliquā salutiferā exhortationē. Erāt perditi contēplatiui: qz nō poterāt deo vacare p aliquaz dulcē inspirationē. Sed ista oīa z q̄ erāt pdita, p xp̄m sūt inuēta: et in patibulo crucis suspēsa. Et hoc est qđ dr. Esa. xvij. Fiḡ illū patibulū in loco fideli: z suspēdaz sup illū oēm gloriā domus patris eius. Vasoz̄ diuersa genera. Oē vas parunulū a vasis creaturarū, vsq̄ ad omne vas musicoz̄. Et hoc qđ dr. Suspendā sup illum omnē gloriā p̄ris ei⁹; referf ad angelos q̄ sunt ghia dom⁹ dei. Hoc qđ dicit Omne vas parunulū: referf ad subditos z actiuos. Hoc qđ dr. A vasis creaturarū referf ad p̄latos q̄ vino sacre scripture alios habēt imbuere. Hoc qđ dr. Usq̄ ad oē vas musicoz̄ referf ad cōtēplatiuos qui habēt i cordib⁹ suis decātare dño Eph. v. Nolite inebriari vino i quo est luxuria: sz impleamini spiritu sctō loquētes vobismetipsis in psalmis, z hymnis et cāticis spiritualibus cantantes et psallētes in cordibus vestris domino.

27 ¶Feria.iij. secunde hebdomade.

Sermo primus.

Super cathedrā moysi sederūt scribe z pharisei. Omnia ergo que cūq̄z dixerint vobis seruate z facite. Matt. xxiij. In pñti vita dñs esse volait q̄dam p̄latos et q̄dā subditos, z vtrisq̄z certas regulas dedit. A ¶Prelatis nāq̄z dedit tres regulas. Pria est: vt subditos verbis z exēplis instruāt. Scōa est: q̄ sibi fortia z subditis leuiora imponāt. Tertia ē q̄ deposita te sibi tollata nō glorientf nec superbiāt. Cōtra pmā regulā faciūt ꝓbosi. Cōtra scōam supbiciosi. Cōtra tertiā ambitiosi ¿ lati. Est igit pma regula p̄latoꝝ: vt subditos ꝓbis z exēplis instruāt. Sed cōtra hāc regulā faciūt p̄lati ꝓbosi. Cōtra scōam supbiciosi. Cōtra tertiā ambitiosi ¿ lati. Et sūt multa dicūt: sz nulla bōa faciūt quos dñs reprehēdit dicēs. Sup cathedram moysi etc. Oia ḡ q̄cunq̄z etc. sequit. Scōm opa eoz̄ nolite facere, dicūt em z non facit. B ¶Monet igit subditos vt q̄ sunt alicui p̄lati qui habēt bona ꝓba sz mala opa nō despiciāt ꝓba ꝓpter opera, sz re liquāt vitā z accipiāt doctrinā. Et illi dicit Chry. sup Mat. triplici exemplo docēs. Ecce villis terra: p̄ciosum aurū producit, nūquid ꝓpter vilem terrā p̄ciosū aurū cōtēnit? Aurū eligit, z terra relinquitur: sicut vos doctrinā accipite, z mores relinquite. Scōm exēplū pōtifices. Nā res colligūt z herbas relinquunt. Sic vos flores doctrine colligite: z cōuersationē relinquite. Pōt addi tertiū exēplū qz spine flores p̄ducūt: z tñ hōlis odorat: z spinas vitat. Sic etiā q̄libet debet vitare vitā spinosā p̄latoꝝ et accipere doctrinā odorferā. Primus exēplū primi ad p̄latū immundū qui est sicut iumentū habens aurum. Est em iumentum ꝓpter immūdā vitā: z ille de plateis celestis hierusalē expurgabit: z in cloacā infernalem p̄cipitabit. ps. Et lutū platearū delebo eos. Jn isto luto aurū inuenit: quando doctrina sana ab eo p̄ferf. Verba em qui dicitur aurū q̄ sicut aurū est incorruptibile: sic verba dei conseruant hominē a putrefactione peccati. ps. Jn corde meo abscondi eloq̄a tua: vt nō peccē tibi. Scōm exēplū pertinet ad p̄latū supbū. Est em sicut herba habēs florē amenū. Sicut em herba viret z cito arescit: sic supbus cito extollit, z subito deiicit. ps. Mane sicut herba trāseat, mane floret z trāseat, vespere decidat induret et arescat. Per mane intelligitur, siue sanitas, siue vita. Per vespere, econuerso intelligi pōt senectus vel infirmitas siue mors. Et huic triplici statu respondent tria verba que sequuntur scilicet decidat, induret z arescat. Est

ergo sensus q̄ superb⁹ viget in mane sanitatis: sed decidit in lutū in vespere infirmitatis. Floret in mane iuuētutis: sz indurat in vespere senectutis. Viret in mane presentis vite: sed arescit in vespere mortis. Jsta herba florē producit: q̄s p̄latus superbus verba dei pronit. Et dicuntur verba dei flos: qz sicut flos p̄ducit fructū. sic ꝓba dei faciūt homines generare op⁹ suū bonū. Jac. j. Voluntarie enim genuit nos ꝓbo veritatis. Tertiū exemplū pertinet ad p̄latū auaz̄. qz est sicut spina habēs lilia. Dimittite spine vocank: sicut habet Luce. viij. Qđ aūt in spinis cecidit, hi sūt q̄ audiūt a sollicitudinib⁹ z diuitijs z voluptatib⁹ vite euntes suffocati sunt. Tūc autē ista spina p̄ducit liliū q̄n p̄latus auar⁹ profert dei verbū. Et dr verbū dei liliuz: qz sicut ad odorē lilij serpentes fugiūt, z homines attrahunf: sic hoies serpenti ne verbū dei fastidiūt. ps. Oēm escā abominata est aia eoz̄. Boni aūt dulciter appetunt. ps. Qnā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Scōa regula p̄latoꝝ est vt si bi fortia, z subditis leuiora imponāt. Cōtraria regulā faciūt p̄lati superbiciosi quos dñs reprehendit dicēs. Alligāt onera grauia z importabilia: z imponūt in humeros hoim: digito aūt suo nolūt ea mouere. Et istud est cōtra sacerdotes ¶Penitētias nimis graues imponūt. ¶Quod tñ nō debet fieri tribus de causis ꝑm Chry. Prima est ꝓpter mal⁹ peri culū, qz sepe talis hō penitētiam sibi datā ꝓicit: z tanq̄z desperat⁹ ad pcā redit. Et ponit exēplū dicens. Si em pond⁹ sup humeros adolescētis posueris qđ non possit portare: aut necesse hz vt pđ⁹ reiciat, aut sub pondere cōfringat. Sic hoi cui graue pondus penitētie ponis necesse est vt aut penitentiā deiiciat, aut suscipiēs dum ferre non potest, scandalizet: amplius peccet. Secūda ratio est propter vitandū dei iudiciū. Unde subditur Quemcūq̄z si errantem modicam penitentiā imponentes: nonne melius est propter misericordiā dare rationē q̄z propter crudelitatē? Jaco. ij. Judicium sine misericordia illi q̄ non fecit misericordiā: talis potest dicere deo. Domie sicut fecisti alijs: fac

cias mihi. Alijs fui si misericors: et tu esto mihi misericors. Jstā allegationē facit propheta dicens. Non abscondi misericordiam tuā: z veritatē tuā: a cōsilio multo. Dñe ne longe facias miserationes tuas a me sicut dicat. Sicut alijs misericordiā meā non abscondi: sic z tuā a me non abscondas. Tertia ratio est ꝓpter liberalē dñm Chry. vbi pr̄ familias largus est: dispensator non debet esse tenax. Si deus est bemignus: vt q̄d sacerdos eius auferus: deus quidē adeo largus est q̄ peccatū dimittit, aliq̄n trib⁹ syllabis sicut patet q̄n dauid dixit. Peccaui. iij. Regum. xij. Aliquando cum paucis lachrymis: sicut patet in petro qui egressus foras fleuit amare. Matth. xxvj. z Marci. xiij. Aliq̄n cum solo ꝓposito cordis. Juxta illud ꝓphe. di. i. firmiter deliberaui. Confitebor aduersum me iniusticiā meā domino: z tu remisisti impietatē peccati mei. Tertia regula p̄latorum est q̄ de sua potestate non superbiant: cōtra quā regulā faciūt p̄lati ambitiosi quos dominus reprehendit cū dixit: omnia vero opera faciunt vt videant ab hominibus dilatant em philacteria sua etc. Illud vicium vane glorie vere p̄latis est cōmune z difficile potest vinci duplici de cā sicut dicit Chry. ¶Prima cā est quia oia vicia habēt bona cōtraria q̄ vincuntur: sicut fornicatio vincitur per castitatē: superbia per humilitatē, ira cundia p̄ mansuetudinē: sola aūt vana gl̄ia nō habet aliquod bonū per quod superet. Secūda causa est quam ibidem Chry. assignat qz ex omni re nascit quod ei⁹ exterminet: sicut ergo ex ligno nascit vermis q̄ ipsum corrodit, ex vestimento nascit tinea q̄ ipsuz exterminat, ex oleribus nascit eruca q̄ olera corrūpit: sic ex aliquo bono opere nascit vana gloria q̄ ipsuz op⁹ inficit. Et q̄n vana gloria de bono opere nascit, ideo non extinguitur per bonū sed magis nutrit. Postea subdit Chry. Nullū ergo remediū potest esse cōtra vanā gl̄iaz nisi oratio sola: z adhuc ipa vanitatē habebit, nisi caute effusa fuerit. ¶Secūdo xp̄s ponit in euangelio regulas subditoꝝ q̄ sunt tres. Prima est vt si bi non assumant officiū docendi, vñ

Uos autē nolite vocari rabbi ⁊c. Officiū enim subditorū non est vocere: sed audire: sicut enim in corpore aliud est officiū oculi, aliud auris, ⁊ aliud ceterorū membrorū: sic ecclesia aliud habet officiū ad prelatos, aliud ad subditos. Prelatꝰ ei ad instar oculi habet illuminare, subditꝰ vero ad instar auris hz audire: sicut ergo confusio esset in corpore si oia membra essent oculi, sic cōfusio esset in ecclesia si omnes fideles vellent docere. ſ. Cor. xij. Si dixerit auris qm̄ nō sum oculus, non sum de corpore: nō ideo nō est de corpore si totū corpus oculus vbi auditꝰ si totū auditus vbi odoratus. Secūda regula subditorū est vt nō appetāt esse filij terreni: sz filij dei. Et ideo subdit patrē nolite vocare vobis super terrā: vnꝰ est em̄ pater vester q̄ in celis est. ℣ ¶Sunt em̄ tria signa per q̄ cognoscunt filij dei: ⁊ filij terreni. Primū est qz filij dei respiciunt ad celū celestia desiderando. dicētes. Pater noster q̄ es in celis. Filij autē mundi respiciūt ad terrā terrena desiderādo. ſ. Joh. iij. Ipsi de mundo sūt: ⁊ iō de mūdo loquūtur: ⁊ mūdus eos audit. Isto modo probat aquila pullos suos. Nā illos quos videt respicere ad celos tanq̄ proprios nutrit, illos aūt quos videt ad terrā respicere tanq̄ degeneres abijcit. Scōm signū est qz filij dei sūt albi per puritatē, filij autē terreni nigri sūt p̄ impuritatē. Dicit em̄ glo. sup illud ps. Pullis corvorū invocantibus eū: q̄ pulli corvorū ēdiu habent pennas albas, pascūtur a deo, sed postq̄ nigrescere incipiunt, pascuntur a corvis: per qđ datur intelligi q̄ deus pascit illos tanq̄ filios q̄ sunt albi per mundiciā: diabolus autē pascit illos qui sunt nigri p̄ maliciā. Tertiū signū est: qz filij dei parētes suos honorant et nutriunt, filij aūt terreni econuerso eos despiciūt. Legitur q̄ cyconie parētes suos cū senuerint in nido collocant: et vsq̄ ad mortem eos ibi nutriunt. Filij aūt viperarū ventrē matris lacerant ⁊ occidunt. Illi ergo sunt filij dei q̄ parentes honorāt ⁊ fouent. Eccl. iij. Qui timēt dominū honorāt parētes. Illi aūt q̄ eos despiciunt, nō sunt filij dei sed vipere: ⁊ iō maledicti. Eccle. iij. Est maledictus a deo q̄ exasperat matrē. Tertia regula subditorū est nō debēt exaltari sz humiliari: iō subdit. Qui aūt se exaltaverit humiliabit ⁊c. ℌ ¶Sūt em̄ q̄dā tres gradus: ⁊ q̄dā media: inā ⁊ ultima: ⁊ q̄dā gradus: ⁊ q̄dā media: inā ⁊ ultima. Primus gradus est sursū elevari: ⁊ gradus est deorsum. Humilitas em̄ facit cor leve: ⁊ ideo ipm̄ elevat vsq̄ ad celū. Eccl. xxxv. Oſo humiliantis se nubes penetrat. Superbia vero facit cor grave: ⁊ ideo ipm̄ in profundū deijcit. ps. Detexisti eos dū allevarēntur. Un̄ dictū est lucifero dicenti. In celū cōscendā: veruntamē ad infernū detraheris in profundū laci. Esa. xiij. Ita vero dum est corpori adiuncta: iz de se habeat levitatē: tñ a corpore habet gravitatē inxta illud. Sap. ix. Corpus qđ corrumpit aggravat animā: ⁊ iam vsq̄ ad finē ſctorū ēdiu sunt in hac vita, nec omino elevanī propter corporis gravitatem: nec omino in terra cōmorant cum habeant celestiū desiderioꝝ auiditatē: sed in medio cōmorantur modo ascendētes p̄ cōtemplationē in celū, mō descendentes ad terrā per necessariorum pronissionē: vt dicit Ezech. viij. Elevavit me spiritꝰ inter terrā ⁊ celum, non dicit pphēta, postea fuit me in terrā: quia ibi sunt anari: nec dixit. Elevavit me in celum quia ibi sunt superbi: sed dixit Elevavit me inter celū et terram quia vbi sunt sancti p̄ fidē in hac vita corruptibili positi.

28 ¶Eadem feria. iij. secunde hebdomade. xl. Sermo. ij.

QUi se exaltaverit humiliabitur: ⁊ qui se humiliaverit exaltabitur. Postq̄ dñs scribas ⁊ phariseos de supbie ambitione reprehendit: cōsequēter discipulos suos ad humilitatē reducit: qz sicut ōr Chrisſ. inquit. Nō ppter malos castigationē suos per terrā transmittit: sed ppter bonos: scit em̄ qz malos flagella nō corrigūt: sz malos castigat vt corrigat bonos: qz nisi bonꝰ ammonitꝰ fuerit per negligentiam evanescit. ℟ ¶Ponit aūt dñs in verbis predictis duas vias et duos fines viarū. Prima est via supbie q̄ est lata ⁊ spaciosa ⁊ ducit ad perditionem. Secūda est via humilitatis q̄ est arcta ⁊ angusta ⁊ ducit ad saluationē. Supbia aūt est duplex triuū eo q̄ hz tres vias. i. tres species superbie. Prima est supra in affectu et ista ortū habuit in celo. Scōa est in intellectu que ortuz habuit in paradiso. Tertia est in actu, ⁊ ista est sparsa p̄ totuz mundū. Prima igitur scz superbia est in affectu q̄ cōsistit in appetitu excellētie: et ista habuit lucifer in celo q̄ voluit vsurpari vsq̄ ad celū exaltari. Esa. xiij. In celū ascendā super astra celi exaltare soliuz meū ⁊c. Et qz supbia ē nature celestis ex eo q̄ in celo ortā fuit: ideo sepe viros spirituales et celestes invadit: sicut invasit apl̄os. Luce. ix. Intravit aūt cogitatio in eos qui eox esset maior. Mat. xx. ⁊ Mar. ix. Accesserunt ad iesum iacobꝰ ⁊ iohēs. ⁊ dixerūt: da nobis vt vn⁹ ad dexteram tuā: ⁊ alius ad sinistrā tuā sedeam⁹ in gloria tua. Scōa supbia est in intellectu q̄ consistit in appetitu vane ⁊ mūdane scientie: ista ortū habuit in paradiso qñ primi parētes voluerūt habere scientiā dei. Gen. iij. Eritis sicut dii scientes bonū et malū. Ista supbia mltos invasit: qz multi superbi sunt in suo sensu. Jō ōr Thoma. ſbo dñari p̄mittas. Esa. xlij. Ue q̄ sapientes estis i oculis vestris: ⁊ coram vobismetipis prudētes. tales nō appetunt viam dei: sz mūdi. Hier. xlij. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bñ aūt facere nescierunt. Rom. viij. Sapia carnis mors. est. Terria supbia est i actu q̄ cōsistit in irrogatione iniurie: ⁊ ista sparsa est in toto mū do qz mali ⁊ potētes bonos opprimūt, ⁊ persequunt. Sap. ij. Opprimam⁹ paupē iustū ⁊ non parcamus vidue nec veteranis. Sit autem fortitudo nra lex iustitie. Ezech. j. Impiꝰ prevalet aduersus iustū: ideo non respicies super iniq̄ agentes impio iustiorē se: ⁊ facies hominū quasi pisces maris? ℭ ¶Sz nūc videamus ad quos fines vie iste perducant. Prima est via supbie q̄ perducit ad profunditatē infimā. Un̄ dictū fuit luciferi dicenti. In celū ascendā ⁊c. verūtamē ad infernū detraheris in profundo laci.

Legit q̄ quidā dixit alexandro supbo q̄ filius leo sit rex alioꝝ, tñ sit sepe cibꝰ formicarum: ⁊ arbor p̄cera cito eradicat a violētia ventoꝝ, sic ⁊ tu q̄ filius sis rex hominū tñ cito eris cibus vermiū, quāuis sis altus, tñ cito eris depressus. Secūda superbia ducit ad eternaz ignorantiam. Legit q̄ Aristo. post mortē suā cuidā discipulo suo apparuit dicēs se totā scientia suā amisisse, nec aliquid scire nisi penā suam. Eccl. ix. Necratio: nec sapiētie erunt apud inferos. Tertia supbia q̄ducit ad internalē cruciationē: mali em̄ p̄sequunt bonos in p̄sona: aliqñ vsq̄ ad sanguinē, p̄sequēdo aliquā do ⁊ terrena substantia bonis oibus spoliādo, aliqñ i fama falsa crimina imponēdo. Sz illi q̄ in persona vsq̄ ad sanguinez alios p̄secuti sunt: sanguine tre dei inebriabunt. Apo. viij. Sanguinē sanctoꝝ et pphetaꝝ effuderunt et sanguinē dedisti eis bibere vt digni sitis. Eiusdē. xviij. hoc bibet de vino tre dei. Legit q̄ hamaris regina caput Cyri regis in vtrē sanguine plenum misit dicēs: satiare sanguine quez sitisti. Illi qui p̄sequuntur alios in terrena substātia in ventre scindent: ⁊ in auro liquefacto concremabūtur. Job. xx. Divitias quas devoravit evomet: ⁊ de vētre illius extrahet illas deꝰ. Legit q̄ Nero imperator q̄ fuit alienarū rerū raptor, vt sus est apud inferos balneare se in auro liquefacto. Et cum vidisset cuneos a duo catorū dixit eis. Venite ad me venale genus hominū ⁊ mecū balneamini: qz vobis optimā partem reservavi. Illi q̄ persequunt alios in fama, falsa crimina imponendo: omnia sua crimina in collo suo imponentur: ⁊ ab hominib⁹ cognoscent. Threnorum. ſ. Vigilavit iugum iniquitatum mearum: ⁊ in manu domini convolute sunt: ⁊ imposite collo meo. Naum. iij. Revelabo pudenda tua: et ostendā cunctis gentibus nuditatem tuam: ⁊ cūctis regibus ⁊ regnis ignorantiam tuam.

D ¶Secunda via est humilitas. Et p̄ istam viam iuit christus. Philippenses secundo cap̄. Humiliavit semetipsum factus obediens vsq̄ ad mortem. Juit beata virgo. Luce. ſ. Respexit humilitatē ancille sue. Juerunt omnes sancti tā malos

res ꝙ minores. Esa.xl. Ois mons ⁊ colles humiliabit. ¶ Finis aũt vie humilitatis est qꝝ ducit ad gratiaz in ꝑsenti. Jaco.iiij. Deꝰ superbis resistit: humilibꝰ aũt dat gratiã. Et ducit ad gloriã in futuro. Johe.xiiij. Qui humiliatꝰ fuerit erit in gloria. ¶ Ipsa q̃dẽ humilitas meretur gratie implet̃onẽ: implete augmentat̃onẽ: augmẽtate cõseruat̃onẽ, cõseruate glorificat̃onẽ. primo nãq; meret gratie implet̃onẽ. ps. Qui emittit fontes in cõuallibꝰ. i. gratiã suã ꝓfiat humilibꝰ, inter mediũ montiũ pertransibũt aque. Due montes sunt due species superbie. Quarũ vna nascit ex re tpali, alia ex re spirituali. Inter istos duos montes est vallis humilitatis non declinans ad aliquã speciẽ superbie: ⁊ in isto medio pertransibunt aque gratiarũ. Scõo humilitas meret gratie implete augmẽtat̃onẽ. Et hoc põt ondi ꝙ tria exẽpla. primo ꝙ exemplũ pupille: qm̃ secũdũ Greg. ẽ sto pupilla est migrior ⁊ minor: tanto est lucidior. Sic ⁊ hõ quanto est despectior cora seipso: tanto est maior coram deo. Cañ. j. Nigra sum. s. reputatione mea: ⁊ ideo formosa in conspectu dei. Scõo ꝙ exẽplum candele q̃ quãto plus inclinat tanto magis accendit. Sic ⁊ hõ quãto plus coraz se inclinat per humiliationem, tãto plus inflãmatur in dei charitate. Tertio ꝙ exẽplũ aque q̃ quanto plus descendit: tanto magis ascendit. Aug. Descẽdite vt ascẽdatis ad deũ cecidistis enim ascẽdendo cõtra eũ. Sic ⁊ hõ quanto plus descendit ꝙ humilitatẽ: tãto plus ascẽdit per gratiã. Tertio humilitas meretur gratie augmẽtate cõseruat̃onẽ. Et hoc ondit̃ur ꝙ tria exẽpla. primo per exẽplũ cineris. Sicut enim cinis ignẽ ꝑseruat sic humilitas ꝑseruat gratiã spũalẽ. Taliter cõseruãdo docet. Eccli.x. Quid superbis terra ⁊ cinis? Taliter ꝑseruabat q̃ dicebat. Geñ xviij. Lõquar ad dñm meũ cũ sim pulvis et cinis. Scõo ꝙ exẽplũ arboris. Rami enim arboris qui sunt in imo positi sunt securi: sed qui sunt in alto sepe frangunt a violẽtia vẽti. Ideo lucifer corruit: qꝝ in imo stare nõ uolũit. Tertio per exemplum pulueris. Virtutes enim sine humilitate sunt sicut pulvis: sed cum humilitate sunt sicut terra firma ⁊ solida Grego. Qui sine humilitate virtutes cõgregat, quasi qui pulverem ante ventum portat. Quarto humilitas meret gratie augmẽtate gloriã. Et hoc oñdit̃ ꝙ tria exẽpla. Primo per exaltat̃onẽ. Et hoc põt oñdi ꝙ tria exẽpla. primo ꝙ exẽplum turris dicẽs. Cogitas magnã fabricã cõstruere ⁊ altitudine, de fundamẽto cogita humilitatis. Qui enim vult turrẽ cõstruere ꝙ quã ascẽdat ad celu: fundinẽ ponat ꝙ fundamẽto humilitatis. Illud fundamẽtũ ponit apls. j. Cor. iij. Dei edificatio estis vt sapiẽs architectus fundamẽtũ posui. Scõo ꝙ exẽplũ arboris. Vñ dicit. Arbor ẽ attendite, figit radicẽ in humili: vertice tendit ad celum: sine radice auras petit ruina est: nõ in terrẽ. Qui igit figit radicẽ in imo humilitatis faciet fructũ sursum celẽ. Sapientie. xiij. Reg. xix. Quod cũq; reliquũ fuerit de domo iuda mittet radicẽ deorsum: ⁊ faciet fructũ sursum. Tertio ꝙ exemplũ etatis. Vir magnꝰ esse: a minimo incipe. Hõ enim prius est parvus ⁊ postmodũ perfectẽ: nec per mallei percussionẽ. frangitur sed ꝙ sanguinis calidi infusionẽ. Sic etiã multi sunt qnos nõ frãgit ad penitẽtiam nec martyrũ tribulatio nec iudicioꝝ dei exterminatio: frangit aũt eos dñica passio. Scõo memoria pas. xpi inducit hominez ad cõfitẽdũ. In huiꝰ significationẽ in pascha xpi monumẽta apta sunt, ⁊ multa corpora sanctorũ q̃ dormierãt exierũt ⁊ surrexerũt. Monumẽtũ fetidũ est cor nostrũ in quo tot sunt corpa mortua quot sunt ibi mortalia: ⁊ ideo monumẽtũ tũc apparuit ⁊ mortui resurgũt qñ peccatoz ad memoriã pas. xpi os suũ aperit ⁊ peccata vitat. Ario dñi dicit. Ideo ꝛ Ephe. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mor. ⁊ illuminabit te xps. Ter. Ho inducit ad ieunãdum. q̃ enim cõsiderat ꝙ xps ieunauit ⁊ esurivit de facili sua ieiunia suffinebit. ¶ Christꝰ enim tribꝰ diebus esurinit. Primo qñ. xl. diebꝰ ⁊ no ctibꝰ ieiunauit. ⁊ tũc nõ habuit ad comedendum nisi lapides. Sicut hr̃ Mat. iiij. Alia vice esurivit ⁊ sitivit: scz in passione quando dixit Sitio. vt habetur. Joh. xix. Tertio non habuit ad comedendum nisi acetum ad bibẽdum nisi acetum. ps. Dederunt in escam meam fel: ⁊ in siti me. po. me acetum. Alia vice esurinit. vt hr̃ Mat. xxi. et non habuit ad manducandum nisi

29 ¶ Feria quarta secunde hebdomade, Sermo primus.



Ascendẽs ie sus hierosolymã assumpsit duodeci discipulos suos secreto: ⁊ ait illis. Ecce ascẽdimus hierosolymã ⁊c. Mat. xx. Sedẽs ꝑ dñs passionẽ suã ⁊ resurrectionez suã discipulis suis ꝓdicebat: siue vt ex hoc discipulos suos ꝓficere: siue vt ex hoc ꝓficerent. Circa primũ notandum ꝙ licet mõs non sit tempus passionis: ecclesia tamen in hoc euangelio de passione mentionem facit. vt ad sustinendã quadragesimales penitẽtias fideles feruẽtiꝰ animentur. ¶ In hac enim. xl. fideles debẽt habere contritionẽ cordis: cõfessionem oris, ⁊ satisfactionem operis. Et ista satisfactio cõsistit in tribus. s. in ieiunando, in orando, ⁊ in eleemosynas largiendo. Memoria aũt passionis ad ola ista hominem inducit. Primo inducit ad dolẽdũ et cõtenendum de peccatis suis. Hoc signatũ est in hoc q̃ in passione xpi petre scisse sunt. per qõ intelligi ꝙ memoria pas. xpi sepe corda ꝓficit ad cõtritionem frãgit. Legit ẽ quod dã genus lapidũ adamantuz non ꝓt frangi, nec per ignis cõbustionẽ. nec per mallei percussionẽ. frangitur aũt ꝙ sanguinis calidi infusionẽ. Sic etiã multi sunt qnos nõ frãgit ad penitẽtiam nec martyrũ tribulatio nec iudicioꝝ dei exterminatio: frangit aũt eos dñica passio. Scõo memoria pas. xpi inducit hominez ad cõfitẽdũ. In huiꝰ significationẽ in pascha xpi monumẽta apta sunt, ⁊ multa corpora sanctorũ q̃ dormierãt exierũt ⁊ surrexerũt. Monumẽtũ fetidũ est cor nostrũ in quo tot sunt corpa mortua quot sunt ibi mortalia: ⁊ ideo monumẽtũ tũc apparuit ⁊ mortui resurgũt qñ peccatoz ad memoriã pas. xpi os suũ aperit ⁊ peccata vitat. Ario dñi dicit. Ideo ꝛ Ephe. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mor. ⁊ illuminabit te xps. Ter. Ho inducit ad ieunãdum. q̃ enim cõsiderat ꝙ xps ieunauit ⁊ esurivit de facili sua ieiunia suffinebit. ¶ Christꝰ enim tribꝰ diebus esurinit. Primo qñ. xl. diebꝰ ⁊ no ctibꝰ ieiunauit. ⁊ tũc nõ habuit ad comedendum nisi lapides. Sicut hr̃ Mat. iiij. Alia vice esurivit ⁊ sitivit: scz in passione quando dixit Sitio. vt habetur. Joh. xix. Tertio non habuit ad comedendum nisi acetum ad bibẽdum nisi acetum. ps. Dederunt in escam meam fel: ⁊ in siti me. po. me acetum. Alia vice esurinit. vt hr̃ Mat. xxi. et non habuit ad manducandum nisi

folia fici. Sed xps nec lapides voluit comedere: nec folia mãducare: nec acetum bibere: qꝝ ipse nõ incorporat hoies lapideos: nec duros ⁊ obstinatos: nec habẽtes tantum folia, scz verbosos tm̃: nec hoies acetosos per odia ⁊ rãcores amaros. Quarto inducit ad orandũ. Malũ em̃ inducitur homo ad orandũ qñ considerat ꝙ xps in cruce taliter oravit. Nam oravit verbis pietatis. Luce. xxiij. Dimitte illis qꝝ nescibt quid faciũt. Oravit lachrymis. Heb. v. In diebꝰ carnis sue. s. passiõis sue. preces supplicationesqz ad deum qui posset illũ salvũ facere a morte: cũ clamore valido ⁊ lachrymis offerẽs effusiõe. Oravit sanguinis Heb. xij. Accessistis ad sanguinis effusionẽ melioq̃tẽ ꝙ Abel. qꝝ sãgnis abel petebat vindictã. sanguis vo xpi miam. Quinto inducit nos ad eleemosynaz largitionẽ. Nõ em̃ dz homo esse avarꝰ qñ cõsiderat ꝙ xps in passiõe sua fuit tam largus. Ipe quidẽ largus fuit in largiẽdo. qꝝ latroni paradisum dedit. Largus in parcendo, qꝝ persecutoribus suis totaliter indulsit. Largus in redimendo, qꝝ non gutta sed totum sanguinẽ ꝓ nobis dedit ⁊ effudit. Scõo indiscrete petẽtes redarguit. Jac. ⁊ Joã. mediãte matre petierunt ꝙ vnus sederet ad dexterã ⁊ alius ad sinistrã. Nõ em̃ hoc petere voluerũt per se: qꝝ petere primatũ ꝙ aliquo ignorante tolerabile est, ipso vo sciẽte ⁊ ꝓsentiente reprehensibile est: ꝓ se vo verecundum ⁊ vituperabile. Dñs aũt volẽs ipsam reprehendere nõ rñdit matri sed filijs: tũ qꝝ sciebat ꝙ ista petitio a filijs procedebat. Tũ qꝝ femina erat: ad innuendũ ꝙ non est honor hoi contendere cum muliere. Tũ qꝝ erat vetula: ⁊ piũ est mulieres vetulas cõsolari: nec eas obiurgare. Tũ qꝝ erat amica: ⁊ ideo noluit eã reprehendere sed sibi deferre. Tũ qꝝ erat mr̃: ⁊ ipse sciebat ꝙ q̃libet mater naturaliter amat filios suos: ⁊ bonũ ipsoz desiderat. ¶ Rñdit aũt dñs eis valde modeste ⁊ discrete: qꝝ non dixit dabo: qꝝ ex hoc alij fuissent indigna ti. Nec dixit. nõ dabo: qꝝ ex hoc isti fuissent ꝓfusi: sed suã rñsionẽ temperavit dicens. Dabo vobis ⁊ nõ dabo. Nõ em̃ dabo ex eo ꝙ estis mei propinqui dabo aũt

si fuerit meriti. z ideo dixit. Potestis bibere calicē scz passionē quē ego bibitur⁹ sum. dixerūt: possum⁹. Nā Joānes bibit q̄ fuit virgis flagellat⁹, in oleo adustus, veneno potatus, in exiliū relegat⁹. Jacobus bibit qz fuit capite trūcat⁹. Eoz aūt petitio quodāmodo verificata est: qz ad dexterā z ad sinistrā sunt ambo: hñt eñ plasq̄ petierunt. Per sinistrā vita p̄sens. Per dexterā aūt vita beata designatur.

¶ Sedēt igit hi duo apostoli sinistris dei: qz corpus beati Jacobi z sepulchrū beati Joānis in multa gloria habētur. Sedent a dextris dei qz dei eoz anime beatificantur. Uel pōt dici q̄ dextera xp̄i est oriēs: sinistra est occidens. Sedet igit Joā. a dextris: qz ei⁹ monumentū est ex pte oriētis. Sedet Jacob⁹ a sinistris: qz ei⁹ corp⁹ est ex parte occidētis vel pōt dici q̄ p dexterā intelligi pōt xp̄i deitas: p sinistrā eius humilitas. Post igit beatā resurrectionē ibi apostoli z alij sancti sedēt ad dexterā: qz eoz anime beatificant in contēplatione diuinitatis. Sedebunt ad sinistrā dei qz eoz⁹ visus corporalis beatificabit in visione humanitatis xp̄i.

¶ Tertio xp̄s discipulos indignatos ad pacē reduxit eos ad humilitatem deducendo z ipsum in exemplū p̄hendo. Siebat eñ q̄ humilitas est cā pacis. sicut econuerso superbia est diuisionis. iuxta illud prouerb. xiij. Inter superbos semp iurgia sunt. qui autē consilio agunt cuncta reguntur sapientia. videmus enim q̄ duo corpora plana possunt ad inuicē applicari. corpus aūt sphericum z concauum possunt ad inuicē conuenire: qz cōcauum recipit sphericū intra suā cōcauitatez duo autē spherica nō p̄nt applicari nisi in puncto. Eodē modo duo hoies plani z mansueti uiuūt pacifice z iocūde. p̄s. Audiāt māsueti z letentur. vnus etiā superbus z vn⁹ māsuet⁹ cōuenire possunt. qz mansuetus intra cōcauitatē sue humilitatis recipit tumorē illius elationis. p̄s. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus ꝛc. Duo autem superbi nō possunt conuenire nec applicari nisi in puncto pungere quidez se possunt. pacificari vero non possunt. et ideo bene dicit salomon. Inter superbos semper iurgia sunt.

30 ¶ Eadez feria quarta. q̄. hebdomade. quadragesime. Sermo. q̄.

Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum. dicit ei possum⁹, aut illis calicē q̄ dē meuz biberis ꝛc. Jsti duo apostoli in petitione ista nō fuerūt bñ discreti: qz voluerūt metere antēq̄ seminarēt. coronā petere antēq̄ decertassent: brauiū habere antēq̄ cucurrissent: z ideo xp̄s eos reprehendēs. dicit nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quē ego bibitur⁹ sum: hoc est potestis pati p nomine meo sicut ego passus sum p̄ vestra salute. B

¶ Appellatur autē passio xp̄i calix. quia calix dicitur a caloze vel scōm ysidō. bis calon qđ est lignū. erat eñ calix antiquitus quoddā vas ligneū in quo infirmis medicina propinabatur: q̄ medicina erat amara. z calida. z sanatiua: qz passio xp̄i fuit propinata in ligno crucis cū amaritudine doloris. cū feruore amoris z cum effectu nostre curationis. B ¶ Notā dū aūt q̄ de⁹ hz tres calices i p̄nti z tres in futuro. Primus calix p̄sens est plenus balsamo. Scōs est plen⁹ absinthio Tertij est plen⁹ sanguine rubicūdo. Primus calix in p̄nti est plen⁹ balsamo. Est eñ calix gratie innocētie. Scōs calix est penitētie. Tertij⁹ calix est passiōis dñice. In primo calice q̄ est plen⁹ balsamo: spūssancti z gr̄e bibit xp̄s q̄ spūssctō plenus fuit. de cui⁹ pleuitudine accipiunt oēs. bibit virgo Maria: qz dei gratia fuit plena bibērūt oēs sancti apostoli in penthe. q̄ spūsancto fuerūt repleti. b. berūt oēs iusti q̄ habēt gratiā dei. ¶ ¶ Sunt aūt signa p̄ q̄ cognoscit qñ aliqs iniusto calice biberit: z ex ista potatiōe tria sequūt. primū est mūdane fortis ertictio. Jo. iij. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterū qui aūt biberit aquā quā ego dabo eiⁿo sitiet in eternū. Chryſ. Uere nō hz sup terram q̄ amet: quis donū celeste in veritate gustauerit. Augu. Qui biberit de fluuio paradisi cuius gutta est maior oceano. restat vt in eo sitis mūdi huius penit⁹ extinct⁹ sit. Uocat Aug fluuiū paradisi amorem spūssancti. oceanū aūt vocat collationes

gnsum amorē mundanorū, quādo igit̄ diffunditur amoris spiritussancti in cordibus nr̄is per ipm. qui habitat in nob. dicit. Cū venerit paracletus quē ego mittam vob. a patre. spūm veritatis. qui a patre procedit. ille testimoniū p̄hibebit de me. Et vos testimoniū p̄hibebitis. quia ab initio mecū estis. Joā. xv. Aqua quā ego dabo fiet in eo fons aque salientis. i. salire facientis in vitā eternā. taliter saliebat q̄ dicebat. Joh. iij. Nostra conuersatio in celis est. Tertiā est mentis exultatio. sicut enim sup nubes semper est serenū. infra vo nubes turbulētia z impetus ventoz: sic in cordibus sanctoz virorū semp est serenitas z iocunditas cordis in cordibus vo terrenorū semp turbulentia cogitatiōis. Tertiā iocū ditatē facit spūssanctus. p̄s. Cōfortatio letificat cor hois. Prouerbi. xv. Serena mens iuge cōuiuium. Secundus calix est plenus absinthio, z iste calix est penitētie in quo calice biberūt apostoli post passionē bibit maria magda. biberūt oēs penitētes. si eñ ille qui beberat in calice balsami diuine gratie p̄diderit ipsaz gratiā accedat ad hunc calicē z bibat de absinthio amare penitentie z ꝓfect⁹ fuerit amarior tāto erit ꝓfuosior. Chryſ. Aspera medicina melius curat vbi morbus cupabilis est ꝓfenis. Jsiud aūt absinthium amare penitētie dz dulcorari p spē celestis glorie. Matt. iij. Agite pnām appropinquabit eñ regnū celoz. Ecce pmissa primū. Edixit agite. nō dicite. qō est vestra predicatores verbosos qui dicunt nō facilūt. Nec dixit cogitate sed agite. qđ est contra illos qui hābēt multa bona p̄posita: sed non complent per bona opera nec dixit fingite: sed agite qō est contra hypocritas z ostentatores qui fingunt se habere exterius pellimā ouinā. z intus habent voluntatē lupinā: nec dixit agetis in futuro: sed agite in p̄senti: qō ostra peraſtinatores: cū tñ dicat Eccl. v. Netardes quertī ad dñm z ne differas de die in die: z sequit superior autoritas. Appropiquabit eñ regnū celoz. magna liberalitas dei: qz regnū celoz nobis appropinquare facit: maior qz ipsum regnū nobis tribuit. Luc. xij. Nolite timere pusillus grex, qz complacuit patri vestro dare vobis regnaz: maxime quia ipsum regnū intra nos est. Mat. xvij. Regnū celorū intra vos. Tertius calix est plenus sanguine: z iste est calix dñice passiōis. in isto calice bibit ipse xp̄s, sicut ipse dicit hic: potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum. Biberunt oēs martyres. Apoc. vij. Hi sunt q̄ venerūt ex magna tribulatiōe z laūto. suas in sanguine agni. H Ois aūt alius sanguis hz ire ficere. solus ℣o sanguis xp̄i hz dealbare z ideo naturam habet lactis: nec mirū si enim lac est sanguis bis coctus: scz in venis z in māmillis: z in ℣tute illius duplicis decoctiōis conuertit in albedinē: multo fortius sanguis christi habebit dealbare qui nō tantum bis: sed ter fuit decoctus, scilz igne amoris Job. ix. Maiorē hāc dilectionem nemo habet vt aiam suā ponat quis pro amicis suis. Amor eñ ignis est. iuxta illud Luc. xij. Ignem veni mittere in terrā. igne passiōis. ℣o. Igne me examinasti: sicut examinat argētū. Item ossa mea sicut cremium aruerunt. Cremium est lardum in sartagine adustum z aridū de quo ois pinguedo exiuit. Corp⁹ ergo christi fuit cremium: qz in sartagine crucis sic fuit igne passiōis adustū q̄ totus sanguis de eo exiuit: z in cruce sicut lignum aridū remansit. Fuit etiām coctus igne doloris. Thren. i. O vos omnes qui transitis p viam: attēdite z videte si est dolor similis ꝛc. E ¶ Dolor enim christi fuit magnus intensiue, qz intensum dolorem in cruce sensit z propter loci nernositatē, qz pedes z manus sunt nerues: z ꝓpter totius corpis ponderositatē. Fuit etiā magnus ostensiue. illum enim magnum fuisse dolorem ostēdit Christus qui in cruce fleuit: vt habet Hebre. v. Ostendit sol q̄ lucem suam subtraxit: ostendit terra que cōtremuit. Fuit etiā magn⁹ extensiue: qz ab instanti sue cōceptiōis vsq; ad vltimā horā sue passiōis se extēdit: mox enim vt conceptus fuit suam passionem preuidit z semper in imagination habuit, z ideo nunq̄ vnum diem nec vnā noctem in tota vita sua sine dolore pertransiuit. p̄s. Defecit in dolo. vita mea, z anni mei i gemi. Habet etiā deus tres calices post hāc vitam: quorum primus est plenus vino nigro. scōs vino mixto. tertius fece. De hijs

tribus calicib⁹ dicitur in:ps. Calix in manu domini vini meri quantū ad primum plen⁹ mixto calix scilicet quantū ad' secūdum verūtamē fex eius nō est exinanita. ibi.oēs peccatores terre:quantū ad tertium. Quedā anime sunt q̄ statim euolāt quedā que aliqua purgāda secū portāt quedā que in mortali peccato decedunt. iste igitur prim⁹ calix dei est plen⁹ mero. ⁊ iste calix est celū vbi est pura gloria sanctorū.in hoc calice bibūt anime santorū que statim euolāt:quia gloriā merā accipiunt talib⁹ dicit deus illud. Cāt. v. Bibite amici mei⁹ inebriamini charissimi. sancti enim prout sunt in' presenti vita sunt deo chari,prout in patria cum animab⁹ sunt deo amici:prout vero erunt cum corporibus erūt deo charissimi. ℣ ¶ Sancti ergo q̄ sunt deo chari de hoc vino mero quēdam guſtum recipiūt dum sunt in hac vita aliquem guſtum diuine dulcedinis auriunt:prout sunt amici bibūt, quia eorū anime ex visiōe diuinitatis suas delectationes accipiūt:put vero erunt charissimi i corpore ⁊ anima glorificati ebrij erūt.ebrietas enim nō caūsatur ex vino sed mel guſtato,tū ex frequenti actu bibēdi: tunc enim sancti bibēt qz delectationem suam aurient ex cōtemplatione diuinitatis:tunc rebibēt,quia delectationem sūa percipiēt ex visione humanitatis. Secūdus calix est plen⁹ vino mixto,⁊ iste calix est purgatorij:in isto purgatorio seu calice bibūt anime que portāt secū cremabilia ⁊ purganda habēt quidē gloriam. sed eā percipiant cum admixtione precedentis pene.Esa.j. Vinum tuum mixtū est aqua.j. Corin.iij. Ipse salu⁹ erit.ecce vinum purū,sic tamen quasi per ignez.ecce mixtio aq̄. Vel potest dici q̄ loc⁹ purgatorius dicitur calix vini mixti:qz ibi multiplex mixtio reperitur. G ¶ Est enim mixta plena cū gratia securitas cum timore:sant enim de gloria securi habenda:sed semper timēt ne nimis differant a gl'ia.Est ibi ꝓsolatio desolatiōe. habēt enim cōsolationē de tali securitate de angelorum visione ſz habēt desolationē ꝓpene acerbitate.⁊ de demonū vicinitate. Tertius calix plen⁹ est fece.⁊ iste calix est infern⁹ in quo bibēt anime in mortali decedentes. H ¶ In inferno quidē sunt feces omniū elementoꝝ⁊ omnium rerum. post resurrectionē enim purgabūtur omnia elementa. nam ab aere remouebitur omnis tribulētia nubium:⁊ tota tribulentia tanq̄ fex proiicietur in cloacam infernalem,⁊ remanebit aer clarissimus sicut cristallus.similiter a terra remouebitur omnis impuritas,⁊ proiiciet tanq̄ fetum cloacam infernalē.et remanebit terra sūgida sicut aurū. Apoca.xxj. Vidi celum nouum quo ad renouationez aeris⁊ terram nouā quo ad renouationem terre.similiter renouabitur mare:quia tota tempestuositas a mari auferetur⁊ in infernū proiiciat.et cito remanebit mare⁊ aqua lum⁊ fulgidum sicut vitrum. Apoca.xv. Vidi tanq̄ mare vitreum. Similiter ad igne auferetur⁊ dimidetur calor a luce:⁊ totus calor transibit ad regionem dānatorum vt amplus crucietur⁊ tota lux trāsibit in regionē beatorum vt amplius illuminent eundentur. ps. Vor domini intercedētis id est dimidentis flammā ignis.f.a luce in inferno etiam erunt feces aliarū rerum. L ¶ Sunt em̄ sex q̄ in hac vita appetūtur ab hominib⁹ que habēt feces suas.f. pulchritudo,sanitas,gaudiū,vita,lux,⁊ diuitie. Fex autem pulchritudinis est fetditas⁊ turpitudo:fex sanitatis est infirmitas:fex gaudij est dolor⁊ tristitia,fex vite est mors:fex lucis est tenebra:fex diuitiarum est paupertas iuxta hominū opinionem. Deꝝ igit post resurrectionez lenabit vtiq̄ de fece⁊ totū vinum purum.f. pulchritudinem,sanitatē,gaudium,vitā lucē:⁊ diuitias ponet in calice⁊ cellario beatorū:feces aūt.f.turpitudinem,infirmitatem,dolorem,mortem tenebras,et paupertatē in cloacā proiiciet infernalē. Esa.li. Bibisti de manu dñi calicē ire eius vsq̄ ad fundū calicis sapozis bibisti ꝓpositi vsq̄ ad feces.

31 ¶ Feria quinta.ij.hebdomade.xl.

Sermo primus.

HOmo qui erat diues ⁊ induebatur purpura ⁊ byſſo. Luce.xvj. Secundū beatum Augustinum. Status hominis tripliciter considerat', scilicet

in vita:in morte ⁊ post mortem. A ¶ Quantum ad' hunc triplicem statuz describitur hic dines ⁊ pauper. Status em̄ diuitis in vita fuit in magnis diuitijs:qz erat dines,in magnis honoribus quia induebatur purpura ⁊ byſſo:in magnis deliciis,quia epulabatur quotidie splendide. B ¶ Non autez reprehenditur ꝓpter eo quod dines erat,sed quia circa diuitias tripliciter peccabat. Primo eas inique retinendo:quia nihil pauperi dare volebat. Hoc est enim proprium auari vt omnia sibi bona retineat,⁊ nihil alteri erogēt.vnde in persona auari dicitur Eccl.xxj. Inueni requiē meā nō māducabo de bonis meis solus.nō fuit talis Alexander q̄ nihil habere volebat qđ suis militibus diuidere nō poterat. Vñ cū semel per quandā siluā pgeret:⁊ ipse cū exercitu fere siti ꝓficeret qđā ꝓ magno munere ciphū aque sibi dedit: quē ille fundi iussit:noluit enim sol⁹ bibere ex quo alijs nō potuit cōicare.Secūdo eas vane expendebat in vestib⁹ curiosis ⁊ delicatis epulis debem⁹ qđē bona tpalia vtiliter expendere cū sint non nostra sed a deo ad dispensandū nobis cōmissa ipsis pauperibus q̄ em̄ nō sint nostra ꝓpria:patet a morte:qz nobiscū eas portare nō possum⁹ qñ em̄ canis duos homines sequitur quē fit,ignorat:sed quādo homines ab inuicē separantur tunc canis dominum suum sequit:sic quasi due ꝑsone sunt homo ⁊ mūdus ⁊ cui⁹ sunt diuitie hominis vel mūdi in vita nō appareat,sed in morte diuitie remanēt i mūdo ⁊ homo nudus recedit de mundo. Et propterea dicitur Job.j. Nudus egressus sum de vtero matris meę:nud⁹ reuertar illuc. Tertio ipas diuitias nimis amādo,nimis enim iste diues diuitias suas amabat⁊ cor suum in eis posuerat. contra illud. ps. Diuitie si affluant nolite cor apponere.⁊ meritō nō debemus cor apponere:quia amātes se submergunt in interitum.vt dicit.j. Thi. vj. Et ideo nō eas potius mergere debemus sicut fecit Socrates thebanꝰ q̄ sicut legit. Hic. Collecto magno auri pōdere placuit in mare dicēs abite male cupidi tates in pfundū ego vos mergaz ne ipse mergat a vobis. Secūdo⁹ status eius fuit in honoribus:qz induebat purpura ⁊ byſſo ad ostentationē ⁊ vanā gloriā. C ¶ Homo quidē ꝓ pctīs fuit vulnerat⁹.excecat⁹.⁊ in furto deprehēs⁹,⁊ ideo quādo deus vestes sibi dedit tanq̄ vulnerato ligaturā adhibuit tanq̄ excecato velamē apposuit tanq̄ furi cauterium impōsuit.talis igit est de pulchritudine vestiū gloriari quale esset si aliqs vulneratus gloriaret de eo,qz habet ligaturā sericā.vel excecatus de eo q̄ habet velamen deauratum. vel cū fur de eo q̄ habet pulchrū cauterium.vnde q̄ gloriat in veste similis est furi qui ō cauterio gloriatur. Tertio fuit in deliciis qz epulabatur quotidie splendide. de facie enim conuiuia lauta.vnde dicitur epulabat:nā epule ab opulentia dicte sūt.⁊ talis ducūt hominē ad inopiam ꝓuerb.xxj. Qui diligit epulas i egestate erit. Cōuiuia ꝓtinua vnde dicit quotidie. et talia ducūt ad intemperātiam ꝓuerb. xxxiij. Noli esse in cōuiuijs potatorū ⁊c. Conuiuia delicata. Unde dicitur splendide:⁊ tales dicunt ad luxuriam. Grego. Pene semper epulas comitat voluptas. Status antē mēdici erat ecōuerso. iste em̄ fuit in diuitijs,vbertate:iste est i extrema paupertate.ille purpura ⁊ byſſo indut⁹:iste vicerib⁹ circūdat⁹.ille abūdabat delicijs iste ndigebat micis. D ¶ Ille pauper secūdum Greg. tria magna incōmoda patiebatur scz paupertatē infirmitatem,⁊ grauem tēptationem. Magnus em̄ temptationes patiebatur cum videret se nō habere panem neq; salutē.⁊ diuitem salutem ⁊ tantā voluptatē.⁊ tamē quod libentissimū sibi ad penā sufficiebat.f. aut paupertas sine infirmitate:aut infirmitas sine paupertate aut tēptatio sine vtroq; sed deus ad probationē hec sibi dederat: erat quidem Lazarus aurum,dei margarita dei et stella dei. E ¶ Ut igitur probaretur positum est illud aurum in camino paupertatis ⁊ non potuit corrūpi:posita est ista margarita in sterquilinio vlceroſe infirmitatis ⁊ nō potuit inficī posita ē ista stella in nebula tēptationis et non potuit obscurari sed modo extractum est aurum de camino ⁊ positus est i celesti thesauro. Leuata est margarita de sterquilinio et posita in regali ornatu

mento:purgata est fiella ab omni nebula temptationuz et refulget nobis per exẽplum. ℣ ℂSecũdo describitur status istorum in morte quia vterq; mortuꝰ quia vterq; de mundo raptus sed differenter:nam diues mortuus est morte culpe:quia separatur anima a deo.postmodum mortuus est morte nature qua separatur anima a corpore suo tandem morte gehenne separatur anima del visione ⁊ beatoruz consortio. Lazarus mortuus est vnica morte scilicet morte nature vterq; etiam fuit de mundo raptus sed differenter:qz lazarus in sinu abrae ab angelis fuit deportatus ista portatio facta est propter custodiã.ps. Angelis suis deus mãdauit de te vt custo.ꝛc. propter reuerentiam.sicut epi i manibꝰ portant quãdo intronizantur. propter letitiã Chry. Sufficiebat ad portandũ vnus angelus pauperem:sed propterea plures veniũt vt chorũ letũ faciant. Diues autem tanquam parrochianꝰ diaboli ad cimiterũ infernale fuit deductꝰ.tali sepultura sepeliunt vsurarij ⁊ impij. de qua sepultura dicitur Hieren.xxj. Sepultura asini sepelietur putrefactꝰ et proiectus extra portas hierusalez. Sepultura asini talis est q; pelle excoriatur. Et ipa pellis a suo domino possidetur. Carnes vero eiꝰ a canibus lacerantur. ossa autẽ pluuijs ⁊ grandinibus exponunt. Sic etiam quãdo alicuis diues moritur parẽtes sui eũ omnibus suis expoliant. Uermes carnes eius lacerant grãdines infernales animã eiꝰ cruciant, que qui dẽ anima naturaz ossis habet quia consumi non poterit. Eccl.x. Cum moritur homo hereditabit serpentes. s. infernales quo ad animã ⁊ bestias id est parentes vastantes terram. i. substantiam bestia enim quasi vastia dicitur et vermes sez corrodẽtes carnẽ propriã. Tertio describitur status istorũ post mortem quia pauper in sinu abrae requiescit et dicitur sinus abrae locꝰ superior inferni habẽs aliquam lucem:qui dicitur sinꝰ propter tranquilitatem. sicut sinum maris dicimus aliquem locum aventis quietum:diues vero fuit in tormentis diuersis sicut fuerat indiuersis peccatis.

per imaginem suam quam eis impressit Jux.illud.ps.Signatū est super nos lumē vultꝰ tui dñe. Per arma virtutū quibus eos armauit. Roma.xiij.Abijciamꝰ ergo opera tenebrarum:ꝛ induamur arma lucis:sic vt in die honeste ambulemꝰ ꝛc. Per signa bonorū operū quibus eos decorauit. Cañ.viij.Pone me vt signaculū super cor tuū: ꝛ super brachiū tuum. Per doctrinā charitatis:qua eos instruxit.Joh.xiij.In hoc cognoscent oēs qꝛ estis mei discipuli si habueritis dilectionē adinuicē. Quia vero reprobi ista non habent:ideo a xpo in iudicio non cognoscent. Sz dicet eis illud Mat.xxv. Amen dico vobis nescio vos. Quod verbū exponens Chry.ōt. Pater cognoscit filios suos per imaginē ꝛ similitudinem suaz. Rex cognoscit milites suos p arma ꝛ vexilla sua. Pastor cognoscit oues suas p signa sua. Magister cognoscit discipulos suos per doctrinā suā. Ego autē nō cognosco vos tanquā pater filios suos: quia meam imaginem non habetis. Nec tanquam rex milites suos:quia mea arma nō habetz nec vexilla portastis: Nec tanquam pastor oues quia mea signa abiecistis. Nec tanquam magister discipulos quia meam doctrinam nō seruastis. Quartum signum est quod sint oues xpi quando christum verum pastorē sequuntur. Unde subditur ꝛ sequuntur me. Vali nolunt christū sequi sed eum fugiunt ꝛ ab eo se auertunt. Unde de talibꝰ dominus conqueritur dicens Mat.xxiij. Quotiens volui congregare filios tuos quez admodū gallina cōgregat pullos suos sub alis et noluistis. Legit de proprietatibus auium qꝛ aliquādo gallina simul ꝛ semel fouet ouа propria: ꝛ ouа anatuz: ꝛ ouа pauonū:cum autem pulli creuerūt: veri pulli matrem sequuntur: anates autē in aquā se immergant pauones de sua pulchritudine gloriantes nutricē relinquunt:sic ꝛ deus tanquā bonus pastor ꝛ bona galina congregat bonos ꝛ malos in vna fide ꝛ fouet eos in multa beneficia q̄ eis confert,sed tandem quidā eorū se quuntur ipm per imitationem bonorum operū sicut sunt humiles ꝛ mansueti:alij vero deserunt ipm ꝛ in aquas deliciaruz se immergunt,sicut sunt voluptuosi,alij de suis diuitijs ꝛ honoribus gloriantes christum deserunt,sicut superbi ꝛ auari: sed qui vere christi oues sunt ꝛ pulli ipm sequuntur:ideo dicit. Et sequuntur me.

7; ¶ Feria quinta hebdomade quinte quadragesime. Sermo.j.

ROgabat Jesum quidam pharisеus vt māducaret cum illo: ꝛ ingressus domū pharisei discubuit: et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̄ iesus accubuisset in domo ꝛc. Luc.vij. Ecclesia supponit vniuersaliter quod ista mulier peccatrix fuit Maria magdalena sororꝫ lazari quecūq; in bethania vnxit pedes iesu christi ꝛ caput:de qua dicitur.Mat.xxvj. Cum esset in bethania in domo symonis leprosi:accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi ꝛ effudit super caput ipsius recumbentis: de qua etiam dicitur Johan.xij. Ante sex dies pasche venit Iesus in bethaniam ꝛ infra. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi ꝛ vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes eius. Utrum autem ista vnctio de qua facit mētionem Lucas et illa que facta fuit in bethania fuerit vna et eadem vel fuerint due dubitatur. Augu. autem dicit q̄ fuerunt due. Unde sicut dicit in libro de cōsensu euangelistarum eandem mariam bis fecisse intelligendum arbitrorꝫ semel vt Lucas narrat. Unde Johannes cum de lazaro resuscitando cepisset loqui antequam veniret in bethaniam dixit. Maria autem que vnxit dominum vnguento exterſit capillis suis pedes eius ꝛ frater lazarus infirmabatur: itaq; iam hoc maria fecerat: quod autem in bethania hoc fecerit rursus: aliud est quod ad litte narrationem non pertinet. Sine autem fuerint due vnctiones siue vna manifestum est q̄ illa talis vnctio sepulturam christi representabat. Unde dicitur.Mathei.xxvj. Mittens hec mulier in corpus meum hoc vnguentum ad sepeliendum me fecit:ꝛ quoniam tempus illud vocat

tempꝰ de passione:ō legitur hoc euāgelū in quo agit de ista vnctione. ¶ In hoc igitur euangelio ponuntur varia genera egrotantium: quidam enim erant egrotantes:verum qui egritudinē suam bene cognoscebant:ꝛ ideo medicū requirebant: de quorum numero erat ista peccatrix que infirmam ꝛ immundaz se cognoscens ad medicū ꝛ ad fontē venit.Greg. qꝛ humiliter turpitudinis sue maculas aspexit:lauanda ad fontē mie cucurrit:alij erant qui nec egritudinem suam cognoscebāt nec medicum ullo mō requirebāt:imo egros ꝛ medicos iudicabant de quorū numero erat pharisеus dicebat intra se:hic si esset propheta esset vtiq; ꝛc. Greg. Ecce pharisеus apud se superbus et fallaciter iustus:egrū reprehēdit de egritudine:ꝛ medicū de subtentione:que profecto mulier si ad peccatum pharisei venisset calcibꝰ depulsa descendisset inquirari se alieno petō credebat. Alij erāt qui de aliorū sanitate egrotabant:de quorum numero erant illi qui dicebant,quis est hic qui et peccata dimittit:vnde dicit Gregorius. Ecce que ad medicum veniebat egra:sanata est. Sed de salute eis adhuc alij egrotāt. In medio igit egrotantium erat illorum medicus constitutus qui primum infirmum sanauit secundū rationabiliter confutauit tertiū in ipsa infirmitate dereliquit. ¶ Circa primū infirmū sz ipsam peccatricem notandū quod ipsa per quatuor membrum offenderat: et ideo per q̄tuor deo satisfaciebat:vt verificetur quod dicitur. Eccl.xj. Per que peccat quis per hec et torquetur. Primo em offenderat deuz p oculos ipsos ad vana faciendo sepius: ideo de suis oculis deo satisfaciebat amaras de ipsis lachrymas emittēdo:ō dicit lachrymis cepit rigare pedes eius. ¶ Inuenimus tamen q̄ ipsa quatuor lachrymarum genera habuit. Prio lachrymas compunctionis quas fudit ex cōsideratione peccatorū suorum:de quibus dicitur hic quod lachrymē eius fuerunt tante virtutis et efficacie quod impetrauerūt omnium peccatorum suorum absolutionem:vnde dixit ei christus. Remittuntur tibi peccata tua. Secūdo habuit lachrymas cōpassionis et hoc in morte fratris sui que fuerunt tante efficacie quod inducerunt christum ad fletum q̄ fecerunt eum resuscitare lazarum. Unde dicitur Johā. xi. Videns iesus mariā plorantē lachrymatus est. Postmodum ad monumentum iuit:ꝛ lazarū resuscitauit. Tertio habuit lachrymas doloris et hoc in morte xpi. Uñ ōt.Luc.xxiij. Sequebatur eum multitudo populi et mulierum que plangebant et lamentabantur eum. Certum est autem quod inter illas mulieres ista pncipaliter derat ꝛ iste lachrymē fuerūt tāte virtutis q̄ induxerunt xpm ad cōpassionē. Unde dixit eis filie hierusalē nolite fiere super me:sed sup vosipsas flete ꝛ super filios vestros:qm̄ venient dies ꝛc. quarto habuit lachrymas amoris: q̄s fudit ex subtracta ꝛ desiderata pſentia corporis xpi. Uñ ōt Joh.xx. Maria stabat ad monumentū foris plorans: ꝛ iste lachrymē fuerunt tante virtutis qō meruerunt angelicā visionē. Unde ōt. Dum ergo fieret ad monumētū vidit duos angelos in albis sedentes. Meruerūt etiā christi apparitionē. Unde ōt:cōuersa retrorsum:vidit iesum stantez. Sc̄o offendit deum per capillos ipsos vane componendo:ideo satisfecit christi pedes deipsis tergendo. In talibꝰ em̄ vanitatibꝰ capillorum sepe offendunt vane mulieres deum. Unde dñs cōtra eas loquitur dicens. Ysay.iij. Pro eo qō elevate sunt filie syon ꝛ ambulauerunt extento collo ꝛ nutibus oculorum ibant ꝛ plaudebāt ꝛ pedibus suis cōposito gradu incedebāt. Vane enim mulieres mō collū extendunt:modo nutibus oculorū plaudunt. modo cōposito gradu incedebūt. Sed contra tales ponit penas dicens: ꝛ erit pro suaui odore fetor:ꝛ pro zona funiculus ꝛ pro crispanti crine caluicium: et pro fascia pectorali cilicium.q.d. q̄ diuersos sibi exhibebant odores intolerabiles in morte habebunt fetores que cingebant cotrigijs argenteis tunc ligabuntur pedes ꝛ manus funiculis que ornabantur vanitatibus capillorum tunc habebunt caluicium capitū que portabant faciam sericam tunc portabunt faciam cilicinaz Tertio offendit deum ore suo:siue ver-

balaſciuia dicendo ſiue laſciuia oſculando: ſiue laſciue comedendo: ideo de ipſo ore ſati ſfaciebat ipſum in pedibus chriſti deuote figendo et ipſos oſculando. Solent etiam homines inimici quãdo ad pacem veniunt ſeinuicem oſculari. Ita peccatrix deo bellum fecerat ſed modo reconciliationem accipiens erat: ideo xpo in pedibus obſcula dabat. De ita reconciliatione peccatoris dicitur in p̃o. Miſericordia z veritas obuiauerũt ſibi, iuſticia z pax oſculate ſunt: quando peccator ex parte ſua habet veritatẽ: qz de ſuis peccatis veraciter ſe accuſat ſtatim ex parte dei ipſi peccatori miſericordia obuiat: ideo dicitur. Miſericordia z veritas obuiauerunt ſibi. D

¶ Quando etiam peccator habet iuſtitiam quia de ſeipſo iuſtitiaz facit z ſe punit: ſtatim pax dei ſibi oſculum tribuit iõ dicitur iuſticia z pax oſculate ſunt. Quarto offendit deum per vnguenta ea ſibi ipſi vane exhibendo: iõ ſatiffaciebat chriſto pedes eius de ipſis deuote vngẽdo. E

¶ Eſt autem triplex vnguentum quod ipſa chriſto obtulit. Primum eſt contritionis: quod ſignatur per illud vnguentum quo chriſti pedes munxit z lachrymis rigauit: ſpecies huius vnguenti ex parte ſunt amare z ex parte dulces: qz dz habere amaritudinẽ peccatoz de peccatis ſuis et ipſorum perpetratione, ſed magnum gaudiuz de venie impetratione. Secũdum vnguentum eſt deuotionis: quod ſignatur per illam vnctionem qua vnxit caput chriſti vt habetur. Mathei. xxvj. Et p̃s. Impinguaſti in oleo caput meum: tunc caput oleo impinguat quando mens ſuaui deuotione replet. Species iſtius vnguenti ſunt omnes ſuaues: que ſunt beneficia dei et dona gratiarum. Tertium vnguentum eſt odorifere opinionis, iſtud ſignatur per aromata quibus corpus chriſti vngere voluit. Species huius vnguenti odorifere ſunt: que ſunt odorifera conſcientis odorifera vita. Et odorifera fama. Prouerbiorum. xxvij. Unguentis et variis odoribus delectatur coz. E

¶ Circa ſecundum infirmum notandum Quod chriſtus poſuit ſibi paradigma dicens: duo debitores erant ꝛc. Phariſeus autem reſpondit quod plus diligere debebat cui plus dimiſſuz fuerat: vbi dicit. Greg. Dum ſua ſententia phariſeus cõnuncitur quaſi freneticus funem portat cuz quo ligatur. Iſti duo debitores erãt. Maria que erat debitrix deo quingentorum denariorum. Phariſeus autẽ quinquaginta quia minus credebant ſe peccaſſe: z ideo Magdalena plus diligere debebat. Quia maiorem remiſſionem acceperat: z quia plus diligebat. Ideo maiora obſequia chriſto prebebat: ideo dixit chriſtus intraui in domum tuam ꝛc. Olim quando aliqui recipiebãt aliquos hoſpicio, primo dabant oſculum in ſignum ſecuri hoſpitij deinde lauabant ſibi pedes: propter laborem itineris: poſtea vnguento refrigerationis eorum caput vngebant: cõtra caloris eſtum. Sed dominus phariſeum reprehendit quia illa ſibi non exibuerat z tamen iſta peccatrix iſta ſibi dederat. Ideo dixit. Intraui in domum tuam ꝛc. F

¶ Circa tertium infirmum notandum q̃ illud qui de ſanitate peccatricis infirmabantur erant ſicut veſpertiliones que ad lucem excecantur. Sapien. ij. Malicia eorum excecauit eos. Erant ſicut ſerpentes qui de bono odore moriuntur. ij. Corinth. ij. Chriſti bonus odor ſumus: alijs quidem mortis in mortem, alijs odor vite in vitam. Erant ſicut palatum infectum habentes qui circa ſapororũ naturam ſalliuntur: de quibus dicit Iſaie. v. Ue qui dicitis malum bonum z bonuz malum, ponentes tenebras lucem: z lucem tenebras: ponentes amarum in dulce: z dulce in amarum.

74 ¶ Eadẽ feria quinta quinte hebdomade. xl. ſermo ſecundus.

Ecce mulier q̃

erat i ciuitate peccatrix ꝛc. Status huius mundi deſcribitur quantum ad tres primo quantum ad ſtatuz culpe cum dicitur. Mulier que erat in ciuitate peccatrix. Secundo quantum ad ſtatum penitentie: cum dicitur Zacheus cepit rigare pedes ei⁹. Tertio quãtum ad ſtatum perfectionis et gratie: cũ in fine concluditur. Fides tua te ſaluam fecit. Circa primum ſtatum notandum quod culpa iſtius mulieris fuit qz peccatrix erat z carnalibus voluptatibus ſe expoſuerat. Habuit enim tria que ſibi et alijs mulieribꝰ fuerunt et ſunt cauſa peccati. Primo pulchritudinez corporis: qz dicitur multũ pulchra z formoſa fuiſſe. Secundo opulentia rei temporalis: qz fuit multuz locupleta. Tertio habuit dominium ſuum z libertatem: quia fuit ſui domina: quia cum lazaro fratre ſuo et martha ſorore ſua patrimoniũ diuiſit z magdalũ caſtrum in partem recepit. A ¶ Iſta tria vt dictũ eſt fuerunt ſibi et multis alijs mulieribus occaſio peccati. Primũ quod eſt occaſio peccati eſt pulchritudo corporis. Prouerbi. xj. Circulꝰ aureus in naribus ſuis mulier pulchra z fatua. Sicut enim ſus habens circulũz aureum in lutum ſe immittit, ſic mulier habens pulchritudinem in voluptatẽ ſe immergit. Quando autẽ mulier eſt pulchra z ſapiẽs non eſt periculũ, quia ſapienter ſe conſeruat. Similiter quando eſt turpis et fatua non eſt periculũ: quia nemo eam ſollicitat. Sed quando eſt pulchra z fatua tunc eſt periculum. Nam qz eſt pulchra ſollicitatur a multis. Quia vero eſt fatua: cuſtodire ſe neſcit. De tali pulchritudine dicitur. Prouer. xxij. Fallax gratia z vana eſt pulchritudo. B

¶ Eſt enim vana qz cito tranſit: z eſt fallax: quia multos decipit. Pulchritudo eius mulieris eſt ſicut carbo fulgid⁹: eſt ſicut gladius ſplendidus. Eſt ſicut pomum pulchrũ plenũ vermibus. Pueri igit videntes carbones fulgentes eos tangũt z comburunt: videntes gladios ſplẽdẽtes: eos accipiunt z vulnerantur videntes poma pulchra exterius z interius fetida, eligunt z decipiunt. Sapientes aũt ab omnibus ſibi cauent. Sicetiaz hoies ſtulti viuentes aſſumunt ſibi carbones in corde ſuo id eſt ignitas cogitationes: z ideo cõburuntur. Prouer. vj. Numquid põt hõ abſcondere ignẽ in ſinu ſuo vt veſtimenta illi⁹ non ardeant. Aſſumunt gladios fulgẽtes dum volunt habere familiaritatẽ cũ mulieribꝰ z ideo vulnerãtur. Hieron. Gladi⁹ igneus eſt ſpecies mulieris. Uñ dicit de muliere. Prouer. v. Acuta eſt quaſi gladius biceps. Et dicit mulier gladius biceps: qz occidit hominem in anima z corpore. Sunt ẽt tanq̃ poma a foris pulchra ſz intus feda. Sepe em̃ q̃ ſunt exterius pulchriores: ſunt intus fetidiores. Eze. xvj. Abominabilẽ feciſti decorẽ tuum. Illa em̃ mulier abominabilẽ facit decorẽ ſuum q̃ eſt exteri⁹ decora: ſed interi⁹ abominationibꝰ plena. Berñ. Filie babylonis quarum vere gloria in cõfuſione eſt induunt purpura z byſſo, z ſub pannoſa cõſcientia tacent: fulgent monilibus z ſordent moribꝰ. Secundũ quod eſt in muliere occaſio peccati eſt opulentia rei tẽporalis. Ezechiel. xvj. Hec fuit iniquitas ſodome z peccati cauſa ſaturitas panis z abundantia et otium. p̃s. Prodiit quaſi ex adipe frumẽti iniquitas eorum. C

¶ Ita em̃ eſt de corpore hũano, ſicut de prato z inſtrumento ferreo. Quando em̃ pratũ nõ irrigat herba areſcit: quando aquarũ inundatiõe repletur herba marceſcit: qñ vero debito mõ adaquat herba vireſcit. Similiter inſtrumentũ ferreũ quando indebite exercet cõſumit. Quãdo nullo mõ exercetur rubigine corrumpitur. Quando vero debito modo exercet fulgidus invenit. Sic etiam quando quis corpus ſuũ per abſtinẽtias z immoderatos labores affligit ipſuz ad omne opus bonũ debite reddit. Uñ vero ipm delicijs nutrit, hoſtem anime ipſum invenit. Quãdo vero debito mõ ipſuz fouet, tunc anima in adiutoriũ ipſuz hz. Hugo de ſancto victore. Qui carnem ſuam ſuspira modũ affligit per abſtinentiam corpus ſuum occidit, q̃ plus ch̃ expedit alimentis reficit, hoſtẽ nutrit. Si igitur caro nutrienda eſt: vt ſeruiat: z ſic domanda vt non ſuperbiat. Tertiũ q̃ in muliere eſt occaſio peccati eſt quãdo eſt ſui domina z libera: eſt em̃ mulier mollis multũ z imbecillis z incauta: z ideo regenda z cuſtodienda eſt. Ideo dicit Eccl. xxvj. In filia non auertente ſe firma cuſtodia ne inuenta occaſione abutat ſe. Uñ dicit de muliere. Eccl. xxv. Si non ambulauerit ad manũ tuã: confundet te in conſpe-

ctu inimicorum tuorum. D

¶Quia enim mulier magis fragilis est, ↄ magis virilis. ideo circa mulierem quatuor custodie sunt adhibēde sicut dicit Augu. in libro de decē chordis q̄ sunt timor dei, diligens custodia viri, verecundia ↄ confusio mundi, et terror legū publicarū que vrores fornicarias condemnant. Custodia autem viri vt ibidez dicit Augu. debet esse timor dei ↄ ipsa eiꝰ virtus. Et subdit Augu. Ideo mulieri adhibēda est maior custodia qꝛ in ea est maior infirmitas. Illa erubescit virū, tu non erubescis xp̄z tu liberior: qꝛ fortior. ideo tibi ꝑmissus es. Nō igit erubescit fornicari qꝛ illud facīt multi. Tāta est puersitas generis humani vt aliqñ metuēdum sit ne castus erubescat apparere inter impudicos. E ¶Scōs fletꝰ eiꝰ fuit fletꝰ penitētie vbi tāta contritionē ostendit q̄ de lachrymis eiꝰ pedes xp̄i rigauit. Que q̄dē lachryme tres magnas efficacias habuerūt. Primo fecerunt ipsam totā mundam, Iuxta illud p̄i. Lauabo p singulas noctes lectū meum lachrymis meis stratū meū rigabo. Unde Greg. qꝛ enim mulier turpitudinis sue maculas aspexit: lauando ad fontē mīe cucurrit. Scōo fecerūt sibi serenā cōscientiā. Uñ dicit Chryso. sup hunc locuz. Sicut vbi vehemens imber prorūpit fit serenitas: sic lachrymis effusis apparet trāquillitas ↄ perit caligo reatū. Et sicut p aquā ↄ spiritū: sic per lachrymas ↄ cōfessionem denuo ꝯdamnatur. Ter in ipsa aqua lachrymarū submerso sunt oia crimina eiꝰ. ꝑs. Cōtribulat capita draconū in aq̄s. Draco. i. diabolus hz septē capita id est septē mortalia peccata q̄ aliqñ fuerūt in peccatrice ista: sicut habet Marci. xvj. Apparuit primo marie magdalene de q̄ eiecerat septē demonia. Tūc igit xp̄s capita draconū in aq̄s tribulauit ↄ cōtriuit qñ i lachrymis suis oia petā submersit. Nō tm̄ oia petā grauia lauit sz etiā oēs cogitatiōes q̄ significant p capillos quos in obsequium xp̄i adhibuit. Unde dr̄ q̄ capillis capitis sui pedes tersit. De istis capillis cogitationū dr̄ Ezechielis. v. Sume tibi gladiū acutum radētem pilos: et duces per caput tuum et barbam tuā: ↄ assumes tibi stateram ponderis ↄ divide eos tertiam

partem combures igni: et tertiam partē concides gladio in circuitu eiꝰ: tertiā vero aliam disperges in ventum ↄ gladium nudabis post eos. F

¶Cogitationes enim nostre sepe in tres partes dividunt: quia aut sunt bone: aut sunt male: aut sunt indifferentes. Cogitationes igit bone sunt ignē cōburende, id est spiritui sancto cōmittēde ↄ ab ipo inflāmande. Cogitationes indifferētes q̄ aliquando eueniunt ꝓ necessitatibꝰ tēporaliū sunt circunciden de et moderande vt nō sit superflue. Cogitationes autē de vt nō sit superflue, Cogitationes autē nocie et male sunt a nobis penitꝰ expellēde ↄ dispergende. Et si forte redire satagerēt ꝓtra eas est diuine seueritatis gladius apponendus. Tertius eiꝰ fletꝰ fuit perfectionis gratie quando dixit ei christus. Uade in pace. Uñ dicit Gregorius. Postq̄ dominꝰ ei peccata dimisit non sistit in remissione peccati: sz adiecit operationē boni. In hoc igitur q̄ dicitur. Uade in pace. Notandū q̄ ista habuit solicitationē per bona opera ↄ q̄ habuit pacē in sua cōscientia. Ipsa quidē habuit pacē per opera interiora: quia fuit contemplatiua. Iuxta illud Luce. x. Maria optimā partē elegit. ꝛc. Per opa exteriora qꝛ fuit activa quia omnia opa misericordie erga personam christi exercuit. G

¶Ipsa enim ipsum pauit. Joan. xij. Fecerūt ei cenā ibi ↄ martha ministrabat: maria ergo accepit librā vnguenti ꝛc. Luce viij. Cum illo erāt aliq̄ mulieres curate: sz maria magdalena, ↄ alie multe q̄ ministrabāt ei de facultatibus suis. Ipsa eū hospitio recepit. Eiusō. x. Intrauit ies⁹ quoddā castellum ↄ mulier quedā sua in quo dā castellum ↄ mulier quedā sua: et huic erat soror nomine maria ꝛc. Ipsa bysso puritatis et purpura charitatis cum induit. Iuxta illud Prouer. viij. Byssus ↄ purpura indumētū eiꝰ. Ipsa eū in tribulatione positū visitauit ↄ associauit. Joā. xviij. Stabant iuxta crucem ies⁹ mater eiꝰ ↄ soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Ipsa eiꝰ sepulture interfuit. Luce. xxiij. Joseph accessit ad pilatū ↄ petijt corpus ies⁹ ↄ depositū inuolvit in syndone ↄ posuit eū in monumento excisso in quo nōdū quisq̄ positus fuerat. Secute sunt aūt mulieres que cū ipo venerāt de galilea ↄ precipue maria magdalene: ↄ in monumēto fixa permansit. Joā. xix. Maria stabat ad monumētū foris plorans. V ¶Scō habuit pacē in cōscientia. Iſtā pacem cōscientie non pōt habere supbꝰ, ↄ ratio est: qꝛ ipse deo est cōtrariꝰ. iuxta illud. Joā. xv. Cucurrit aduersus deū erecto collo ↄ pingui, cervice armatus est: qꝛ igit est deo contrariꝰ nō potest esse sibi ipsi pacificus. Eiusō. ix. Quis resistit ei ↄ pacem habuit? Jōā etiā pacē cōscientie nō potest habere auarꝰ: ↄ ratio est qꝛ hz terrā, id est terrena desideria in superiori parte anime, et celestia in inferiori. terra autē cū sit grauis naturaliter appetit deorsum descēdere: ↄ celū cū sit leue appetit ascendere rursum. ideo dicit Prouer. xxv. Celū sursum ↄ terra deorsum, qꝛ igit in tali ascensu ↄ descensu est pugna: ideo non potest ibi esse pax aliqua. Esa. lvij. Cor impiꝰ quasi mare fervens qō q̄escere nō pōt. Impius est auarus qꝛ est sine pietate: cuiꝰ cor est sicut mare: qꝛ semp est in motu ↄ ꝑturbatione. Luxuriosus etiā nō pōt habere istā pacē cōscientie, ↄ ratio est qꝛ anima cū sit ad imaginē dei facta naturaliter appetit mundiciā ↄ puritatem ↄ ideo q̄n in anima intrat aliq̄d immūdū naturaliter illud abhorret, detestat et fugit, ↄ ideo q̄diu in anima aliqua est immūdicia nō potest ibi esse pax vera. ideo dicitur Heb. xij. Pacez sequimini et sanctimoniam sine qua nemo videbit deū. volēs apostolus nos ad pacem inducere conscientie conuenienter monuit nos ad sanctimoniā mūdicie q̄si dicat si vultis habere pacē habeatis sanctimoniam, id est mentis ↄ corporis castitatē qꝛ igit beata maria magdalena veꝝ humilitatē seruauit oia terrena cōtemplit ↄ ꝓpetus mentis ↄ corporis castitatē habuit. ideo in vera pace fuit sicut em bona cōscientia animā delectat. iuxta illud Prouer. xv. Secura mens quasi iuge cōuiuium: sic mala conscientia animam cruciat. Greg. Nicenus. Mala cōscientia sequitur semmo non recedit a se vir potest fovis aliquod esse remedium quando intus est vulnus inclusum.

75 ¶Feria.vj.hebdo.ḋnte.xl. Ser.x.

Collegerūt pōtifices ↄ pharisei concilium ↄ dicebāt quid facimus qꝛ hic homo multa signa facit? Joā. xj. Qñ aliquis rector ciuitatis audit negocium graue ↄ periculosum, convocat concilium ↄ exponit negocium ↄ audit consiliatores ↄ tandem facit partitū: ↄ tunc illa sententia approbat in quā plures cōsentiūt. Eodē modo pontifices ↄ pharisei fecerunt. audierunt enim de resuscitatione lazari ↄ quō oēs in xp̄o credere videbant: vnde tredētes ex hoc eis imminere periculum collegerunt concilium. In isto igitur euangelio quatuor tanguntur. Primo concilij congregatio: cum dicitur. Collegerūt pōtifices ↄ pharisei consiliū. Scō negocij diligens inquisitio: cū dicit: quid facimus, qꝛ hic homo multa signa facit. Tertio ponit vnꝰ cōsiliatoris prolocutio. Unde subditur: vnus autem ex ipsis caiphas nomine ꝛc. Quarto ponitur ipsius sententie ab omnibus confirmatio: cum subditur ab illo ergo die cogitauerunt eū interficere. Non enim fecerunt partitum quia non divisserunt se in partes sed oēs vnanimiter, in mortem christi consenserunt. Primo igit ponit concilij collectio: ↄ illud consilium fuit improvide congregatū: qꝛ cū festinatione, cum iniuria, cū ira, cū invidia, ↄ cū insipientia congreganerunt. A

¶In concilio autē nō debet esse festinatio nec ira, nec insipientia: ideo dicit Socrates q̄ in cōcilio duo sunt maxime contraria scilicet festinatio: ↄ ira non dz etiā esse tertiū sz insipietia: sz potiꝰ sapietia. Prouer. viij. Ego sapietia habito in consiliis. Pontifices igit ↄ pharisei illud concilium non fecerunt cū maturitate ↄ deliberatione: sed cū precipitatione et festinatione: mox enim cum audierunt q̄ xp̄s suscitauerat lazarū ↄ q̄ omnes ibāt post eum concilium collegerunt: cum tamen debuissent cogitare, expectare ↄ deliberare quid magis expediuisset: ideo dicitur. Prouer. xix. Qui festinus est pedibus offendit: qꝛ em nimis festinauerunt ideo offenderunt: quia xp̄m occiderunt

socrates concilio velox sequit penitētia. Varro philosophus. Imperitie signū est exigere cito fieri qđ difficillimū est. ideo legitur de Augusto cesare q dixerit q festinatio t temeritas male in duce euenisset dicens. satis ēm celeriter fit quicquid bene fit. Scđo illud concilio cōgregauerūt eū ira t inuidia. audietes igit q populꝰ post eū ibat in grauē iram t inuidiā exarserunt: t in tali ira concilium collegerūt. De tali cōcilio dicit Geñ. xlix. Simeon t leui vasa iniq̄tatis bellātia in cōcilio eoꝝ nō veniat anima mea: qz in furore suo occiderūt virū. id est xp̄m. Dicit ēm Hieronymꝰ, q de simone pharisei. De leui aūt pontifices exierūt. Illud enim fit piculosum concilium quod in furore et ira fuit celebratum. Gregorius. Si ira semel mē tē possidere ceperit iustum esse putat qđ etiā crudeliter fit. Chriſ. Nō potest pacifice loqui qui cor habet turbatum. B

¶ Tertio illud concilium collegerunt cū insipiētia. Sapiens ēm in eo qđ habet facere attendit ad p̄ncipium, ad medium et ad finem: vt. s. negocium suuz inchoet sapienter, t prosequatur cōstanter, t finiat vtiliter. Isti autez pharisei inchoauerunt cū fatuitate mandatum dantes vt christꝰ caperetur. Unde dicitur parū infra. Dederant autē pontifices mandatum, vt si ꝯs cognouerit vbi sit indicet vt appreh̄dant eū, t p̄secuti sunt eū cū crudelitate, quia mortem christi facere firmauerunt. Uñ Gr. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Finierunt autē cuz sua destructione: qz illud quod timebāt, s. quod perderent locum t gētem euenit eis. Se cūdo ponitur negocium super quo oz haberi concilium diligens expositio cuz dixerūt quid facimus. i. cur tardamus, cur nobis non p̄cipitemus? qz hic homo multa signa facit: si dimittimus eū: sic. s. vinc̄ē t signa faciēt em: omnes credēt in eū t veniēt romani t tollēt nr̄m locū t gētem. Romani ēm t multi alii principes gentiū in magna reuerētia habebāt deū et templū. Uñ etiā Alexander cū hierosolymā festinaret t iudei impetum eius timerēt: pontifex indutus pontificalibꝰ t in capite suo habens cydarim in qua scriptū erat nomē dei tetragrammaton. i. quatuor syllabaz: qđ Gr. lene obuiam sibi p̄cessit. Stat timoz Alexāder de equo descēdēs nomē dei adorauit et pontificē venerat⁹ est: t cuz super hoc a suis militibus argueret, respōdit: nō istum sed deum in ipso adorani. Deꝰ ēm celi in isto habitu mihi apparuit t principatum mihi p̄sarum p̄misit. Romani igitur et p̄cipes gentiū in magna reuerētia habebant templum. christus autem p̄dicabat sacramēta iudaica t cerimonialia esse abolenda, t iō dixerunt. si romani ista audierint templū contemnent. opes templi auferent. t nos t locū nostrum tollēt. Uel aliter in dei intendebant tunc romanis rebellare t tributa eis nō soluere. Christus autem p̄dicabat nō esse alicui resistendum dicens Mat. v. Ego autem dico vobis nō resistere malo: sed si quis te percusserit in vnaz maxillam p̄bet ei t aliam: t ideo q̄ vult in iudicio contendere tecum, t tuam tunicam tollere, dimitte ei t pallium. iō timebant ne veniētibꝰ contra se romanis nullus se defenderet, vel aliter romani ordinauerunt vt nullꝰ rex constitueretur nisi prout ipsi mandarent. Multa autē turba sequebatur christum que etiam ipsum regem t christum confitebantur. et ideo timuerunt q romani audirent vt turba eū sequeretur et crederēt q vellent rebellare t si audirent q cum regem confiteretur crederent q ipsum regem vellent facere: t sic venirēt t locum et gentem tollerent. Ista autē sicut Chry. dicit. pharisei quantum ad veritatem non credēbāt cum turba que ipsum sequebatur non erant milites armati nec armigeri sed inermes et simplices viri. sed ideo dicebant vt contra christum populum excitarent. Tertio ponitur vniꝰ maliciosa p̄locutio cuz dicit. Uos nescitis quicquam nec cogitatis quia expedit vobis vt vnꝰ homo moriatur p̄ populo t nō tota gens pereat. In hoc autem verbo aliam intentionem habuit cayphas t aliam spiritꝰ sanctiꝰ. Intendebat enim cayphas quod expediret vt christus occideretur p̄ quam a romanis captiuarentur. Spiritꝰ autē sanctus qui per os suum prophetauit intellexit q̄ expediebat vt p̄s̄s pro humano genere moreretur. vbi dicit Augu.

Hic docemur per hoīes malos spiritū sanctū futura docere qđ tamē euangelista diuino tribuit sacramento: qz ipse scz caiphas erat pōtifex, cuius autem prophetauerit tamen p̄pheta non fuit. C

¶ Nā sicut dicit Augu. super Geñ. ad literam. Tria sunt que faciunt hominē esse perfectū p̄phetā. Unū est q ipse aliquas visiones habeat. Secundum est q ipsas visiones intelligat t reuelationes. Tertiū est q ipsas visiones etiā alijs manifestare sciat: primum habuit Nabuchodonosor: qz statuam vidit: duo verō sequentia nō habuit, qz nec significationē intellexit: nec ipsaz visionē Danieli enarrare scivit: t ideo p̄pheta non fuit duo aūt ex ijs habuit pharao: qz t visionē habuit quādo septem boues pingues t septē macilentos vidit t ipsam visionem Ioseph enarrauit. sed non habuit tertiam, quia eius significationem non intellexit: t ideo p̄pheta non fuit: nullum tamen ex ijs habuit caiphas ipse enim de morte christi nullam reuelationem habuit, ipse etiam intellectum quem habuit spiritussanctus non intellexit: habuit tamen vnum quod mortem christi necessariam fore denunciauit, t ideo similiter p̄pheta nō fuit. Sed spiritussanctus qui os asine aperuit: p istam p̄phetiam p̄dixit quando ait. Expedit vobis vt vnus moriatur homo p̄ populo &c. Quarto ponit iustus sententie approbatio t confirmatio cum dicitur, ab illo ergo die cogitauerūt interficere eum. Prius quidem pluries ipsum interficere cupiebant sed modo definitiuam dederunt sententiam. D.

¶ Ista aūt sentētia fuit iniqua t iniusta ex animo ex causa t ex ordine. Tunc sentētia est iniusta ex animo quando ex ira et inuidia p̄fertur: tunc est iniusta ex causa qñ sufficiens causa non suffragatur, tunc est iniusta ex ordine quando ordo iuris omittitur. Sententia igitur quā p̄cipes t pharisei super morte christi p̄tulerunt fuit iniusta ex animo, quia ex inuidia ipsum tradiderunt. Unde dicitur Matthei. xxvij. Sciebat enim pz pilatus q̄ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes &c. Scđo fuit iniusta ex causa quia nulla causa mortis fuit suberat: vñ

dicitur. Luce. xxiij. Nihil inuenio causę in hoc homine: t infra. Ecce cotaz vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto, ex ijs in quibus eum accusatis, sed nec herodes. ideo dicitur Job xxvj. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciumq̄ recipies: t potest esse verbum patris ad filium quia enim causa sua impie iudicata fuit: ideo ipse causam iudiciumq̄ omnium a deo patre accepit. Joānis. v. Neq̄ pater iudicat quēq̄, sed omne iudicium dedit filio &c. Tertio fuit iniusta ex ordine quia non fuit seruatus ordo iuris quia ipsum condemnauerunt, nec sponte confessum nec testibus cōuictum. Unde dicitur Marci. xiij. Multi enim falsum testimonium dicebant: t conuenientia testimonia non erant. Quia igitur sentētia christi qua iudicatus fuit sic fuit iniusta ex animo, ex causa ex ordine: ideo ipse feret sententiam iustam cum dicet illud Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum &c. Illa ēm sententia erit iusta ex animo quia non ex ira per vicium sed ex ira per zelum proferetur. Sapientie. v. Accipiet armaturam zelus illiꝰ erit iusta ex causa: qz opera misericordie nō habuerunt. Unde dicet. Esurivi t nō dedisti mihi manducare: erit iuste ex iuris ordine: qz non proferetur nisi contra sponte confessos t conuictos, ipsi enim peccata sua sponte confitebuntur. Sapientie. v. Ergo erravimus a via veritatis &c. Conscientia etiam contra ipsos testificabitur. Rom. ij. Testimonium illis reddente conscientia eorum.

76 ¶ Eadē feria sexta hebdomade quinte. xl. Sermo secundus.

EXpedit vobis vt vnꝰ moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. A

¶ Spiritussanctus in veris prophetis tangit corda eorū reuelationes t inspiratiōes aliquas immittēdo, illuminat eorū mētes ipsarū reuelationū sensum t itelligētiā tribuēdo aperit eorum os ad p̄ferendū illas reuelatiōes verba cōgrua ministrādo: ista tria tangitur. ij.

petri.ſ. Omnis prophetia ſcripture propria interpretatione nō fit: id eſt propria expoſitiōe ſed a deo ꝓceſſa: ecce quia ad ſpiritū ſanctū pertinet eorū que inſpirat intellectū dare. Et ſequitur non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia ſz ſpiritu ſancto inſpirāte: ecce q̄ ad ſpiritum ſanctū ꝑtinet diuina inſpirationem immittere. Sequitur. Iocuti ſunt ſancti dei omnes: ecce quia ad ſpiritū ſanctū pertinet verba cōuenientia miniſtrare. In caipha ſpiritus ſanctꝰ nō illuminauit cor eius ad intelligendū. Unde dicit Origē. Caiphas ex ſe nihil protulit nihil dixit: quia prophetiā dei nō accepit, nec tetigit cor eius ad inſpirādum: ſed tantum aperuit os eius ad proferendum. Unde dicit Chryſoſtomꝰ. Ore caiphe ſolū ſpiritus ſanctus vſus fuit. cōtaminatū autem cor eius non tetigit. Dixit ergo. Expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo. ꝛc. Homo quidē erat mortuꝰ: ideo expediens erat vt moreretur chriſtus vt eius mors noſtra deſtrueret: ideo dixit. expedit. vobis vt vnꝰ moriatur ꝛc. Homo etiā erat perditus, ⁊ ideo expediebat vt chriſtus ad nos veniret ⁊ mortē ſubiret vt ſic hominem perditum inueniret. Ideo ſubditur. Et non tota gens pereat. Erat etiā homo a deo diuiſus et diſpſus: ideo expediebat vt chriſtus homines ad eum congregaret: ideo ſubditur non tantum pro gēte: ſed vt filios dei q̄ erant diſperſi cōgregaret i vnū. Ex hūs igit habeꝫ ꝙ humanū genꝰ erat mortuū ꝑditū. ⁊ diſpſum expediebat ergo vt chriſtus moreret, ⁊ ſic humanū genꝰ mortuū viuificaret. B

¶ Erat autē homo mortuus quadruplici morte. Quarū due erant in preſenti: ſcilicet mors nature ⁊ mors culpe. due autē erant in futuro: ſcilicet mors gehēne et mors q̄ cauſatur ex priuatiōe viſionis diuine. primā mortē ſcz nature deſtruxit ꝑ ſuā glorioſaz reſurrectionē. ſ. Corin. xv. Per hominē mors. ⁊ ꝑ hominē reſurrectio mortuorū. Oſee. xiij. Viuificabit nos poſt duos dies i die tertia ſuſcitabit nos. Secām mortē. ſ. culpe deſtruxit ꝑ ſui ſanguinis effuſionē. Apoc. j. Lauit nos a peccatis nr̄is in ſāguine ſuo. Heb. ix. Sāguis Chriſti emundabit cōſcientiā noſtram ab operibus mortuis. Tertiā mortē. ſ. gehēne deſtruxit ꝑ iferni expoliationē: hic em̄ infernū expoliauit q̄n ſctōs patres inde eduxit. Oſee. xiij. Ero mors tua o mors. morſus tuꝰ ero o iferne. Quartā mortē q̄ cauſat ex priuatiōe viſiōis diuine deſtruxit ꝑ ſue viſionis reſtitutionē: quā q̄dē reſtitutionē poterat ſibi fieri ꝓpheta dicēs tem. Redde mihi letitiā ſalutaris tui. C

¶ Iſta aūt mors ē grauior q̄ gehēna. vñ Aug. in enchiridion a regno dei exulare a ciuitate dei alienari, a vita dei cadere, dulcedine dei carere: tā grauis ē pena: et nulla poſſint tormēta q̄ nocumēta ꝓparari de hac ē tā ſicut dicit Chry. i lib. de reparatione lapſi, nōnulli imperitoꝝ putāt ſibi ſatis eſſe ⁊ optabile videri. Si gehēna tātūmō careāt, ego aūt multo grauiores q̄ gehēnā dico eſſe cruciatꝰ, remoueri ⁊ abiici ab illa glia: ⁊ ita excludi a beatis. ⁊ alienū effici ab hūs q̄ ꝓparatus ſunt ſanctis tm̄ generā cruciatum tantū dolorem vt ſi etiā nulla extrinſecus pena torqueret. hec ſuff ceret. omnis enim gehenne ſuperat cruciatum. D

¶ Scō expediebat xp̄m mori vt hoīem pditū inueniret. xp̄s em̄ venit ad querēdū hoīem pditū dimiſit domū ſuā celeſtē et venit ad noſtrū exiliū. Un̄ ꝓpheta admirādo dixit Hiere. xiij. Quare ūſi coluber futurꝰ es in terra ⁊ quaſi viator declinans ad manēdū, reliquit ſocietatē angelicam ⁊ venit ad nr̄m cōſortiū? Warnth. iij. Poſt hec in terris viſus eſt ⁊ cū hoīb⁹ cōuerſatus eſt ipſe etiā cū eſſet indutꝰ lumine inacceſſibili noſtrū ſaccū. Apo. vj. Sol factus eſt niger quaſi ſaccꝰ cilicinꝰ. de hūs tribꝰ dicit Hiere. xij. Reliqui domū meā. ſ. domū celeſtē dimiſi hereditatē meā. i. angelicā ſocietatē, in q̄bꝰ ego regnabā. Dedi dilectā animā meā i manꝰ inimicorū eorū: a timōre. ſ. hūanā carne quā tangēs ſaccū cōfuſi, ſuā diuinitatē. Job. xvj. Saccū cōſui ſup cutē meā. quē q̄dē ſaccū dedi in manibus inimicorū meorū q̄ ipſi occiderūt ⁊ lacerauerūt vt in ꝑcīs ſanguinis emanaret. ꝑs. Cōcidiſti ſaccū meū: nec mirū ſi tam miſericorditer nos redemit. E

¶ Tria enim ipſum induxerunt vt miſericorditer nos redimeret. Unū fuit ex parte ſui. ſ. eiꝰ viſcerosa pietas. Secundū ex parte noſtri. ſ. noſtra magna neceſſitas. Tertiū tā ex parte ſui q̄ ex parte noſtra ſcz noſtra cū ipſo ⁊ ſua nobiſcū magna ꝓpinquitas. primū em̄ eſt eius pietas. eſt em̄ ille pater begnin⁹ q̄ ſup filiū ꝓdigū ruens tenēre mia motꝰ eſt ſup collū cecidit ⁊ oſculatus eſt eū: ⁊ dicit filiꝰ meꝰ mortuꝰ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuētꝰ eſt. De hac viſcerosa mia eiꝰ ꝺt. Aug. nemo de dei pietate diffidat. maior eſt eius mia q̄ noſtra miſericordia. tardiꝰ q̄dē videtur peccatori veniam ſibi tradere q̄ ipſi peccatori recipere. Secūdū qō ipſuz induxit ad miſericordiā ⁊ ad perditū reꝺrendū eſt magna noſtra neceſſitas. Homo q̄dē errauerat ⁊ ad viā rectā ire neſciebat. Unde clamabat: erraui ſicut ouis q̄ periit ꝛc. Iſte eſt paſtor ille bonus de quo dicitur. Luce xv. qui nonagintanouē oues reliquit et eam cētiſimaz: id eſt hoīem querere venit. de hoc ſicut dicit Aug. in libro cōtra quinq̄ hereſes. cum eſſes inimicus patri meo, recōciliauit ꝺe me: cū inter mōtes filiuas errares: q̄ſiui te. humeris meis portaui te, patri meo reꝺꝺidi te, laborauī, ſudaui, exput meuz in ſpinis apposui manus meas clauis obieci. lancea latus meum aperui ſanguinem meum fudi: animam meam poſui ⁊ coniunxi te mihi, et tu diuideris a me. F

¶ Tertiū qō ipſuz induxit ad miam ⁊ perditū requirendū fuit noſtra cū ipſo ⁊ ſua nobiſcū propinquitas: ipſe em̄ de ſua ꝓgenie nos fecit q̄n ad ſuā imaginē ⁊ ſimilitudinē nos creauit: tandē ſe fecit de ꝓgenie noſtra nō de ꝓgenie angelica. iuxta illud Heb. ij. Nuſq̄ angelos apprehēdit: ſed ſemē abrahe apprehendit ex prima parēte nr̄a facti ſumꝰ filij eius. Ex ſecūda facti ſumus fratres ſui. Et iō nō debuit nos deꝺere ſz nos redimere ⁊ patri reconciliare. iſta eſt illa mulier ſapiēs ſcz diuina ſapientia q̄ amiſerat dragmā decimā. i. humanam naturam ſue imagini inſignitam ꝓpter primā parēteſā ⁊ ſuo nole ꝓpelleraz: qz chriſto dicimur chriſtiani ⁊ ideo lucernā accēdit: qz lucē ſue diuinitatꝫ terrenē mortalitatis vnit: et ſic dragmā quem perꝺiderat inuenit. Tertio expediebat chriſtum mori vt humanū genꝰ diſperſam reuocare. Un̄ dicit infra ꝓpheta

nuit: qz ieſus moritur⁹ erat ꝓ gēte: ſcz iudeorū: nō tm̄ ꝓ gēte: ſz vt filios dei. ſ. de populo gētiliū q̄ erāt diſpſi congregaret in vnū. hec autē ſicut dicit Aug. fin predeſtinationem dicta ſunt: qz ipſi gentiles adhuc filij dei nō erant: expediens igitur fuit mors chriſti vt diſpſos cōgregaret. chriſtus fecit tanq̄ vexillifer, tanq̄ venator, tanq̄ ſpeculator. vexillifer vexillum in altū leuat ⁊ diſperſos congregat xp̄s igitur dei filios congregaret: vexillum crucis in altum leuauit. Huius vexilli haſta fuit crux: tale ibi poſita fuit caro chriſti affixa. G

¶ Que quidē tale fuit de tribꝰ coloribus ſcz albo, ⁊ nigro. Eius enim caro fuit alba per innocentie candorem: fuit rubea ꝑ ſanguinis aſperſionem: ⁊ fuit nigra in morte per liuorē. Omnes igitur q̄ ſunt a deo diſperſi debent ad illud vexillū ꝓgregari. Eſa. xj. Levabit dñs ſignuz in natiōes ⁊ ꝓgregabit ꝓfugos ex iſrael: ideo ipſe ꝺt Joh. xij. Si exaltatus fuero a terra oia trahā ad meipm̄. Secūdo fecit xp̄s tanq̄ venator. Solēt em̄ venatores arbores aſcēdere, carnē cruentā mōſtrare, ⁊ ad anes ſibilare: ſic fecit xp̄s hominī Mō q̄dē a deo volauerat. Oſee. ix. Effraim q̄ſi auis auolauit. Iō xp̄s arborē crucis aſcēdit: carnē cruentam ſuā habuit, ⁊ ad nos clamare cepit. Eſa. v. Levabit dñs ſignum in natiōes ꝓcul, ⁊ ſibilabit ad eū de finib⁹ terre. Tertio xp̄s fecit ſicut ſpeculator. Solēt ei ſpeculatores i altū aſcēdere vt videāt ⁊ clamēt: ſic xp̄s i ſpeculā crucis aſcēdit. Un̄ Bernardꝰ. Aſcēdit xp̄s in altū vt videret, fortiter clamauit vt audiret: clamori lachrymas immiſcuit, vt homo ei cōpeteretur. Iō igitur in ſpelunca crucis aſcēdit vt videretur: ſcilicet oculo intellectus ꝑ meditationē: et oculo affectus per deuotionem. ꝑs. Reſpice in faciem chriſti tui. H

¶ Iſte autem reſpectꝰ ſanat vulnera peccatorū, quod ſignatū eſt Numeri vndecimo. In illis qui reſpiciebāt ſerpentem, qui a morſibus ſerpentuz ſanabatur. Detergit caligīē ignorātiarū. Hoc ſignatū eſt in longino: qui cum male videret ⁊ ex tactu ſanguinis xp̄i eſt illuminatus. Sanguis em̄ chriſti veruz collireum eſt quod

illuminat oculos mentium. Apoc.iij. Collirio iunge oculos tuos vt videas. Dat etiam iste respectus patientiam aduersorum. Hebreo.xij. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamē aspicientes in actorem et consummatorem iesum. J

¶Secundo fortiter clamauit vt audiretur. Eius tamen vocem non audient auri: que in auribus suis ponūt terram auritie: ideo clamat christus dicēs Job.vj. Terra ne operias sanguinem meum: neque inueniat locum in te latendi clamor meus. Non audiunt etiam superbi nec luxurioſi: z ideo superbi sunt lapidibus duriores, z luxurioſi sunt mortuis fetidiores: quia ad clamorem Christi lapides sunt scissi, z monumēta apta sunt, z mortui resurrexerunt. K

¶Tertio christ⁹ clamor: illachrymas addidit, vt homo cōpateretur. Debet quippe homo christo compati qui fuit in tanto dolore. Treñ.j. O vos omnes qui trāsitis per viam, attēdite z videte si est dolor ꝛc. Qui fuit in tanta derisione. Matthei.xxvij. Pretereuntes autem blasphemabant mouentes capita sua. Qui fuit in tanta ignominia z vilificatione: quia tanquam latro cum latronibus fuit crucifixus: z propter hoc cōpassus fuit sibi sol, quando splendorem suum abiecit. Et vestib⁹ nigris induit se. id est tenebris. Cōpassa fuit terra quando pre nimio dolore tremuit. Compassi sunt angeli. De quibus dicitur Esaie.xxxiij. Ecce videntes clamabunt foris angeli pacis amare flebunt.

77 ¶Sabbato.v.hebdomade.xl.

Sermo primus.

Sublevatis ieſus oculis in celū dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuū, vt filius clarificet te. Johannis.xvij. A

¶Quia in isto euangelio sepe fit mentio de clarificatione, ideo notandum quod sicut videmus in istis naturalibus quedam claritas est que a nullo illuminatur et cetera illuminat, vt est claritas solis. Alia est claritas que illuminatur z illuminat sicut est claritas lune que illuminatur a sole: et illuminat in seriora. Et est quoddam corpus clarum quod illuminatur a sole z non illuminat inferiora tamen aliquos fulgores emittit: sicut videmus in quibusdam metallis fulgidis, vt delicet in auro z argēto. Est aliud corpus opacum quod illuminatur, sed tamē nec illuminat nec aliquos fulgores emittit: sicut est elemētum terre. Eodem modo est in spiritualibus. Est enim quedam claritas supersubstantialis: scilicet claritas diuina que a nullo lucem recipit z omnia illuminat. Johānis.j. Erat lux vera que illuminat omnem hominem' venientem ꝛc. Alia est claritas que illuminat z illuminat, sicut sunt doctores z prelati quia diuina claritate recipiunt influentiam sapientie: z subditis dant lumen doctrine. De quibus dicitur Philip.ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. Alij sunt qui illuminātur sed non illuminant tamē aliquos fulgores emittunt sicut sunt boni subditi et auditores qui recipiunt a superioribus lumen sacre scripture: tamen ipsi non illuminant aliquos per verba doctrine. Ueruntamen emittunt aliquos fulgores ex sua lucida conuersatione. De quibus dicitur. Matthei.v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona. Alij sunt tenebrosi: sicut sunt mali subditi qui sepe illuminantur p sacram scripturam: sed tamen nec ipsi illuminant nec aliquem fulgorem emittunt g aliquam bonam vitam sed semper remanent in tenebris ignorantie z male vite. De talibus dicit Genesis.j. Terra autem erat inanis z vacua: z tenebre erāt super faciem abissi ꝛc. Homines enim terreni sunt inanes: quia pleni vanitate, z sunt vacui ab omni opere bono: z habēt tenebras ignorātie. Ista quadruplex differētia tāgitur hic. Nā claritas diuina q illuminat: z nō illuminatur est pater et filius z spūsctūs. De qua dr. Pater clarifica filium tuū vt filius tuus clarificet te. Claritas q illuminat z illuminat fuerunt apti De quib⁹ dicit. Pater manifestaui nomē tuū hoibus quos dedisti mihi de mūdo. Deinde alij illuminant qui z emittūt fulgores bonos z opes: sunt boni auditores q ad p̄dicationē apl̄orū crediderūt de quibus infra dicitur. Nō p his aūt rogo tm̄ sed p eis qui crediturī sunt in me. Alij q semper in tenebris sunt z illuminari non possunt, sunt hostes terreni z mūdani p q bus xp̄s nō rogat q̄diu tales sunt, ideo dicit. Nō p mūdo rogo. Ceteri aūt omissis dicam⁹ tm̄ de prima claritate scz diuina: de qua q̄tuor sūt videnda. Primo qua liter pater clarificat filiū. Scdo qualr filius clarificat patrem. Tertio qualr ipse clarificat suos filios. Quarto qualiter ipsi fideles clarificant christum. B

¶Circa primū notā duz q̄ pr̄ est claritas: est claritas: z spūsctūs ē claritas: tñ sunt oēs vna deitas seu claritas. Pr̄ q̄ filius clarificat: qñ ipm̄ gl̄iose resurgere fecit. Unde Aug.ōr. Uenit hora clarifica filiū tuū tanq̄ si diceret. Uenit hora seminare humilitat̄ fructū nō differas claritat̄. C

¶In xp̄o quidē tres fuerūt substātie que fuere resurrectionē videbant obscure. s. anima, z diuinitas. Caro em̄ videbat obscura ppt̄ mortalitatē. Anima ppter passibilitatē. Deitas videbatur obscura: propterea q̄ paucis fuit manifestata. Sz in resurrectiōe clarificata est caro eius q̄ induit immortalitatē. Alia ei⁹ induit ipassibilitatē: z felicitatē: z diuinitas ei⁹ accepit manifestationē. Tūc enim deus manifestatus est, ex eo q̄ p diuinitatis sue potentiā resurrexit. Scdo filius clarificauit patrē inquātū. s. q̄ i iudea solūmodo notus erat: i toto mūdo manifestū fecit. Unde super illud. Ut filius tuus clarificet te. dicit Aug. ac si diceret xp̄s Resuscita me vt manifestem toti mundo per me. D

¶Filius em̄ toti orbi de patre tria manifestauit. s. notitiā suā. Job.j. Nemo deū vidit vnq̄ nisi vnigenitus q̄ est in sinu pr̄is. Ipse nobis enarrauit miz suā. Luc.vj. Nolite timere pusillus grex: q̄ cōplacuit pr̄i vr̄o dare vobis regnū. Jā igit nō pōt se excusare infidelis si in deum non credit: q̄ toti mūdo manifestata ē nouitia sua. Jā nō pōt desperare aliquis pec tor deo q̄ toti mūdo manifestata est misericordia sua. Jam nullus potest verecūdari, q̄ toti mūdo manifestata est liberalitas sua. Tertio ipsa claritas diuina fideles suos clarificabit q̄ notat cum dr. Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis. i. olim hominū aperte totum vt omne q̄ dedisti ei det eis vitā eternā. Hec est autē vita eterna vt cognoscāt te solū verum deū z quē misisti iesum christum. Tunc igitur fideles suos clarificabit quādo eos vita beata glorificabat. E

¶Uitam autem beatā ponit in dei cognitione. Sicut dicit. j. Corinth. xiij. Uidemus nūc p speculū in enigmate, tūc autem facie ad faciem. De hac visione dicit Fulgentius sic. Sicut p speculum vitreū trina nobis visio administrat q̄ nosipsos z ipsum speculū z quicqd̄ presens adest videmus. sic per speculū diuine claritatis et ipsum deū quantū possibile erit creature et nosipsos z cetera omnia vera certa scientia cognoscemus. F

¶Quarto nos deū clarificamus quādo ipsum laudamus. Nos igitur in p̄senti z in futuro deū debemus clarificare z laudare cum operib⁹ nostris, cū sensib⁹ nostris, z cū vocibus nostris. De laude operum sic dicit Aug. i libro de catheziz̄ād rudibus. Quicqd̄ homo fecerit laudabile: i suis factis inuenit deū. Si bene egerit laudabilē inuenit p iustitiā premiorū. Si peccauerit per iustitiam suppliciorum laudabilem inuenit. Si peccator confessus fuerit laudabilem inuenit, p indulgentiā delictorū. De laude sensuum dicit Chrysostomus. in quadam homelia super psal. Oculus deo p̄stat obsequium, si turpia deo videre aspicere. Lingua meretur premium si i dei laudibus occupat. Auditus placebit deo, si se detractionib⁹ nō immiscet. Pedes laudare deū poterūt: si cursum suum ab omni malitia reuocare festināt. Manus benedicunt deū, si rapinis renūciēt z ad misericordia properāt. De laudibus cū voce dicit propheta. Repleatur os meum laude vt cantē gloriam tuam. Et dicit repletur. Ceteros em̄ debemus laudare cū medio ore. i. moderate timētes ne aliquādo inueniatur contrarius z sic erubescamus. In deo autem non sic est Augusti. super psal. Qui debet homo magis laudare q̄ illud quod sic placet vt non possit displicere? Securitas aūt laudis i dei laude est vbi laudatur securus est vbi nō timet ne

de laude erubescat. De laude autez que erit in patria dicit Aug. in libro de ciuitate dei. Ipse est finis desideriorum nrorū: qui sine fine videbitur sine fastidio amabit, sine fatigatione laudabit. Primo dicit sine fine videbitur. Aliquibus secundū natis deus abscondit faciē suam. Deut. xxxij. Abscōdā faciē meā ab eis. Aliquibus ostendit aliquē splendorē faciei suei sicut sanctis viris in presenti vita, vñ propheta. Non fuit ausus petere visionē faciei sue, sed splēdorē. dicēs. Illustra faciem tuā super seruū tuum. Beatis autē apparte ostendit faciem suam. i. Jo. iij. Videbimus eum sicuti est. ¶

¶ Sequitur sine fastidio ambitur: amor carnalis aliquādo habet fastidiū. Ezec. xvj. Facta es quasi meretrix fastidiosa augens pretiū. Aliquādo vertit in odiū sicut patet de Amon et Thamar, vt habetur. i. Reg. xiij. Aliqñ in absinthiū. Prou. v. Nouissima illi⁹ amara q̄si absinthiū. Deus autē amabit cū suauitate, cū delectatiōe, et cū dulcedine. Eccl. xxiij. Qui edunt me adhuc esuriēt et qui bibunt me adhuc sitiēt. Sequitur sine fatigatiōe laudabitur, illa, enim laus fatigationē parere nō poterit, tū quia laudanti erit iocūda multū. ps. Deo nostro iocunda sit laudatio, tū quia illi cui fiet scilicet deo multus erit grata. Vñ deus reprobās sacrificiū carnale approbat et acceptat sacrificiū spūale dicēs p prophetā. Nunqd manducabo carnes thaurorū etc. quasi dicat non. Et subdit: immola deo sacrificiū laudis, et iterum, sacrificiū laudis honorificabit me, ideo quilibet sanct⁹ aliū poterit admonere vt frequenter cantet et sibi dicere illud Esa. xxiij. Bene cane frequēter cāticū vt memoria tui sit: tum qz laus est magno pcio remunerāda. Eccl. xxiij. Qui elucidāt me vitā eternam habebūt.

78 ¶ Eodem sabbato quinte hebdomade. xl. Sermo secundus.

Mea oia tua

¶Cum em̄ sit triplex status hominis si cut dicit Aug. s. i vita, i morte, z post mor tem. Ipsa in isto triplici statu adimnat fi lios suos qui eam habent in matrem. Un de cātat ecclesia. Maria mater gre, ma ter misericordie: tu nos ab hoste ptege et hora mortis suscipe. Adimnat igit i vita: si in vita sint q̄ dā inst: iustis ipetrat pseue rantē gratiaz, iō ꝺr. Maria mater gre. s. datrix vel conseruatrix. Alij sunt pcōres istis ipetrat peccatoꝝ venā, z dei miam ideo ꝺr mater mie. Secūdus stat⁹ est qui sunt in morte. qui est stat⁹ periculosus: qr hostes id est demones ad morientes acce dunt z si aliquod ius habent iquirūt sed beata virgo hostes. i. demones expellit z animas ptegit: ideo subdit. Tu nos ab hoste ptege. Tert⁹ stat⁹ est post mortē sz quando anima de corpore est egressa: et iste stat⁹ est similiter periculosus: quia ibi sunt demones rugientes animā deuorare volentes: sz beata virgo animas in morte suscipit et in celū deducit, z a demonibus defendit: ideo subditur. Et hora mortis suscipe. Unde qualibet talis anima pōt re gratiari beate marie z sibi dicere illō. Ec clesia. lj. Liberasti me, sz multitudine mis

dominis tui a rugientibus preparatis ad escam de manib⁹ querentium animā meā. E ¶Tertio iste agn⁹ agnouit suos cru cifixores ꝑ eis orādo dicēs. Luce.xxiij. Pater dimitte illis qr nesciūt q̄d faciunt. Aliquādo pōt iniuria irrogari in contu meliosus verboꝝ, z hec est magna iniuria. Aliquādo i spoliatiōe rerū, z hec maior. Aliquando in irrogatione supplicioꝝ, et hec est maxima. Iste tres iniurie fuerūt xpo in passiōe irrogate: ipse em̄ fuit ꝓtu meliosus lacessit⁹: vñ ꝺr Mat.xxvij. Preter euntes blasphemabant eum mouentes capita sua z dicentes. Uah qui destruis templum dei, z in tribus diebus illud reedi ficas. Ipse fuit omnibus rebus z vestib⁹ suis denudatus: vnde significatur p Jo seph de quo dicit. Genes.xxxvij. Nuda uerūt eum tunica talari z polimita. Ista fuit tunica xpi inconsutilis, de saper cōte xta per totū. ps. Diuiserūt sibi vestimen ta mea z. Ipse fuit multis vulneribus sauciatus. Esa.liij. Ipse aūt vulneratus est propter iniquitates nostras. In hijs igit iniurijs magnū est habere patiētiā, mai⁹ habere letitiā, maximū dare beneficētiā. Christus autem omnia ista nō tantū por tauit patiēter: iuxta illud Esaie.xlij. Ta ni semper, silui: patiēs fui. Non tantum tacenter iuxta illud. ps. Cōfecidisti saccuz meum. i. corpus meū z circunde. me le. sz etiā suis crucifixoribus beneficiū impen debat dum pro eis orabat dicens. Pater ignosce illis z. Et quoniaz iste agnus in cruce existēs cognouit patrem suum spi ritum sibi recōmēdando: cognouit z ma trem de ea specialem curam habendo. cognouit etiaz suos crucifixores pro eis oando: cuius oratio multos de ipsis cō uertit z deo recōciliauit. ideo in missa ter agn⁹ cātatur. q. d. ecclesia. Agne dei qui cognouisti patrē spiritū tuū in manibus tuis recomēdādo: miserere nobis. Agne dei qui cognouisti matrem de ea specialē curam habendo miserere nobis. Agne dei qui cognouisti inimicos pro eis oran do: z deo eos pacificando dona nobis pacem. F

¶Secundo fuit agnus mansuetus, sicut enim agnus quādo occiditur non mur murat nec clamat sed tantum quasdā vo ces q̄rulosas emittit sic et christ⁹ nō mur murat nec clamat. Esa.liij. Sicut ouis ad occisionē ductus, z quasi agnus coram tondente se obmutescet: et nō aperiet os suū sez ad blasphemiandū vel murmurā randum. Emisit quasdam voces pie cō questionis, vnaz emisit ad patrem dicēs. Mat.xxvij. Deus meus deus me⁹ vt q̄d dereliquisti me? Aliam emisit ad matrez Hyere.xv. Ue mihi mater mea quare me me genuisti virū rixe. virum discordie in vniuersa terra. Judei enim sepe rixa bantur cuz eo et sepe discordias inter se inueniebant. sepe etiam ipsuz maledice bant. Unde subditur Omnes maledicūt mihi. Tertiā emisit ad circunstantes et pretereuntes. Threnorum. s. O vos oēs q̄ transitis ꝑ viā attēdite z videte si est do lor z. Quartam emisit ad terram dicēs Job.xvj. Terra ne operias sanguinem meū nec inueniat locū i te latēdi clamor meus. Quintam emisit ad celum dicens: Hieremie.ij. Obstupescite celi sup hoc. i. sup opprobrijs z iniurijs mihi a iudeis illatis z porte eius desolamini vehemēter z sequitur. Duo enim mala fecit po pulus meus. me dereliquerunt fontem aque vive: z foderunt sibi cisternas dissi patas que non valent continere aquas. ac si dicat, ista duo mala fecerūt mihi: qr me qui sum fons aque vive, siccauerunt: id est occiderunt: z barrabam qui erat aqua turbida conseruauerunt z libere dimiserunt. G

¶Tertio fuit agnus victimat⁹. Est autez differētia inter hostiam z victimam, quia hostia dicitur sacrificiū pro hostibus vin cendis, victima autem p hostibus victis, siue aūt esset hostia aut victima oportebat vt igne accēderet: vt sic fum⁹ esset deo odoriferus, talis victima siue hostia fuit xps. Ephe.v. Dilexit nos z tradidit se metipsum pro nobis oblationē z hostiā domino in odorem suauitatis. H

¶Ista autē hostia vt esset odorifera qua druplici igne iflammata est. Primo vide licet igne amoris. de quo dicit. Luce.xij. Ignem veni mittere in terram magnum indicium amoris est dare amico suo tem porale substātiam, maius est dare in obse quium suam personā maximū est dare

Universidad de Sevilla Biblioteca

n mortem vitam suam. Istud maximum signum amoris habuit christ⁹. Joh̄. xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet vt animaz suā ponat quis pro amicis suis. Secūdo ista victima fuit inflāmata igne doloris quāto eī caro est melius cōplexionata tāto est maioris doloris sensitiua, sicut caro oculi magis sentit dolorem quā caro calcanei quia melius est cōplexionata. Caro igitur christi fuit manibus spirituſſancti de purissimis sanguinibus virginis facta: z iō maioris doloris fuit sensitiua. Tertio ista victima fuit inflammata igne passionis, de quo igne dicitur in psalmo. Igne me examinasti z nō est inuenta in me iniquitas. Itē ossa mea sicut cremium aruerūt: si enim ossa fuerunt cō cremata, manifestum est q̄ caro z pellis cōcremata fuerunt. Quarto ista victima inflāmata fuit igne cōpassionis. magna quidē cōpassione replebat quādo matrē desolatā z afflictā videbat qñ aplos dispersos z i errorē plapsos cernebat: qñ suos crucifixores i frenesim ꝓsos respiciebat. Sicut eī pi⁹ pater qñ videt filiū suum freneticū in ipsum surgentē, dolet z plorat, nō sui iniuriā: iz filij furiā. sic christus non suos dolores sed perditionem suoz interfectoz dolebat: ideo pro eis orabat z clamabat. Hebreoz. v. In diebꝰ carnis sue ꝑces supplicationesq; ad deū: ecce quia orabat, enim clamore valido: ecce quia clamabat, z lachrymas offerēs: ecce quia plorabat.

84 ¶ Eadem feria tertia sexte heb. xl.

Sermo secundus.

Iceſt sanguis meꝰ nouī testamenti qui pro multis tradetur Mar. xiiij. Omne testamentum sicut dicitur Hebreoz. ix. Confirmatur morte testatoris. et ideo deus voluit vtrunq; testamentum scilicet vetus z nouum sanguine suo confirmare. De confirmatione veteris testamenti per sanguinez dicitur Hebreoz. ix. Lecto enim mādato legis a Moyse vniuerso populo accipiens sanguinem vitulozum z hyrcozum cū aqua z lana coccinea z hyssopo ipsum quoq; librum z omnem populum aspersit dicens. hic est sanguis testamenti quod mandauit ad nos deus. De confirmatione testamenti noui per sanguinez dicitur in auctoritate premissa. Hic est sanguis noui testamenti ꝛc. ℣

¶ Notādū aūt q̄ xp̄s in nouo testamēto qō in sua passione cōditio octo legata dimisit de quo testamēto sic Ambro. auctor humanī generis in cruce exiſtēs pietatis officia diuidebat: ꝓsecutionez apostolis. pacez discipulis corpus iudeis. patri spiritū ꝑgini paranymphū latroni paradisum peccatoribus infernū crucem penitētie penitētibꝰ legauit. Primo igitur legauit aplis ꝓsecutionē, illud eī legauit qō ipse possedit. Joh. xv. Si me ꝓsecuti sunt z vos persequent: z illud legatū fuit per fecte aplis ꝓsolutum qz z ꝓsecutionē habuerūt z mortem sustinuerūt: hereditas aūt trāsit ad heredes cū onere suo. deus igit hereditati eterne beatitudinis adiūxit onꝰ. i. tollerātiā passiōis: cū isto onere habuit eā xp̄s. Luce vlti. Oportuit xp̄m pati z ita intrare in gloriā suā habuerūt eaz cū hoc onere omnes apostoli. Actuū xiij. per multas tribulationes oportet nos intrare habuerūt eam cū hoc onere oēs fideles. ij. Timotei. iij. Omnes q̄ volunt pie viuere in xp̄o iesu ꝓsecutionē patiuntur. Qui igitur vult assequi eternam beatitudinē z nullam pati tribulationem videtur esse dignior xp̄o z apostolis sanctior z cunctis fidelibꝰ melior. Hieronym. Difficile est imo impossibile vt ꝓsentibus ds z futuris fruaṫ bonis vt z deliciis trāseat ad delicias: vt hic veniāt et illic mentē impleat: vt in celo et in terra gloriosꝰ appareat. Scō legauit discipulis pacē. Johannis. xiv. Pacē relinquo vobis. Habebat enim christ⁹ quosdā discipulos qui nō erāt ita fortes sicut apostoli ad sustinendū persecutiones: z ideo reliq̄t eis nō tantū pacē eternitatis christi: z etiā tēporis: nō eī infirmis z debilibus statim sunt grauia imponenda. ℣ ¶ Habemus enim ex euāgelio q̄ nō sunt imponēda tristia festiuis. nec fortia infirmis nec insolita inexpertis. Ista notātur Matthei. ix. Non enim sunt imponenda tristia festiuis. Ideo dicit dominus ibidē

Nunq̄d possunt filij sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus? filij autē sponsi et festiui sunt contēplatiui qui semp cum deo illud festum facūt de quo dicit in psal. Reliquie cogitatio. diem festum augent tibi. talibus enim non debent imponi tristia ne impediant z turbant a contemplatione interna. Secūdo nō sunt imponenda fortia infirmis. ideo subdit. Nemo autem mittit commissuram pannis rudis in vestimentū vetus. pannus autem rudis: id est nouus. est doctrina noua euangelica que inducit ad cōtēptum terrenoz nim. ne tales infirmi nō sunt statim ad cōtemptum terrenoz inducendi. nō sunt etiā imponēda insolita inexpertis. ideo addit Nec vinum nouum in vtres veteres mittunt. Per vtres veteres intelligitur mēs assueta terrenis. Per vinū nouum doctrina q̄ inducit ad appetitū celestiuz sed homines assueti diligere terrena nō sunt statim cogendi ad celestia. ℣

¶ Tertio leganit corpꝰ iudeis: vt scilicet ipsuz crucifigerēt. z sic nostrā salutationē perficerēt. Job. ix. Terra id est caro christi dei nostra terrena substantia assumpta data est in manus impiū: id est pilati siue iude. Corpus aūt christi fuit sicut quidā precus diuinus in quo erant tria preciosa scilicet sanguis, anima, z diuinitas. Christus igitur de carne sua emplastrum fecit quo inflatura nostre superbie ꝛāgeretur. Augusti. Ecce habes humilitatis exemplum superbie medicamentū. De sanguine fecit collyria quo cecitatis nostre ignorātia curaret. Apoc. iij. Collyrio vnge oculos tuos vt videas animam. dedit in preciū quo seruus redimeretur. Matthei. xx. Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare z dare animā suā in redēptionē p multis. Deitas fuit balsamū quo fetorē nostre immūdicie tolleret. Eccli. xxiiij. Sicut sinamomum z balsamum aromatisans odorem dedi. ℣ ¶ Quarto leganit ꝑ spiritū. Luc. xxiij. Pater in manus tuas cōmēdo spm meū. In hoc dat nobis exemplum q̄ in manus dei debemus recōmēdare spiritū nostrū. Illud enim quod est in manu dei est secūm z est ante conspectū dei, z est precium. Primo quidē aīme que sunt in manu dei: sunt secure ita etiam vt nunq̄ perdantur. Joānis. x. Nō rapiet ea quisq̄ de manu mea. Secūdo sunt deo proxime ita vt diuina visione fruant. Esaie. xlix. Ecce in manibꝰ meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semp. Tertio sunt preciose: ita vt in ornamētum dei assumētur. sicut enim annul⁹ ornat manū: sic anime sanctoz quodammodo ornāt deū. vnde dicit dominꝰ de quodaz magno peccatore. Hierem. xxij. Vino ego dicit dñs: quia si fuerit Jeconias annul⁹ in manu dextera mea cuellam eum inde. ℣

¶ Quinto leganit paranymphum virgini quādo dixit: mulier, ecce filius tuus. Qō quidem voluit facere triplici ratiōe. Primo ratione sui dederat eī legē. Exo. xx. Honora patrē tuū z matrē tuā ꝛc. Dicebat igitur vt cōditor legis suam legē seruaret. Secūdo ratione nri vt nos doceat q̄ de parentibus nostris nō tantū in vita sed in morte curaz habeamus. Tertio ratiōe virginis: amittebat enim filiū: z ideo pro consolatione dimittebat sibi fidelem discipulum: sed tamen qualis ei poterat esse cōsolatio illa dicit Bernar. o qualis cōmutatio: Johānes eī p iesu traditur seruus pro dño, discipul⁹ pro magistro, filius zebedei pro filio dei, purus homo p vero deo. Sexto leganit latroni paradisum dicens. amen dico tibi. ecce quāta firmitas: qz modꝰ fuit iurandi: quia hodie: ecce quāta celeritas meā ero: ecce quā beata societas. i paradiso: ecce quā ta loci amenitas. Ideo aūt christus isti latroni sic fuit liberalis: quia in illa societate trium erat vnus totaliter bonus: scilicet xp̄s erat alius totaliter malus: scilicet latro a sinistris positus, tertius erat mediocriter bonꝰ: z mediocriter malus: scilicet latro a dextris positus, ipse enim nō omnino malus erat quia culpabilē se cognoscebat, nec omnino erat bonus: qz adhuc gratiā assecutus nō erat. Habuit igitur se laudabiliter ad totaliter malū: quia ipsuz increpauit, ad totaliter bonū: quia ipm excusauit ad se mediocriter bonum. z mediocriter malū: qz veniā postulauit. Septimo leganit peccatoribꝰ infernum cū dixit Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Quoā quidem

legatum valde cōpetit eis: quia pulchri stant in inferno q̄ in paradiso qō ostenditur triplici exemplo. Primū est qz pulchrius manet porcus in luto quā in flori do prato, porc⁹ est luxuriosus q̄ in immundicia voluptatū delectat. ij. Petr. ij. Sus lota in volutabro luti, ideo pulchri⁹ manet instato infernalis voluptatis sue fedi tatis q̄ in prato florido celestis amenitatis. Secundum exemplū est qz pulchri⁹ stat seruus in cloaca q̄ in camera picta, seru⁹ est auar⁹. Collossen. iij. Auaricia q̄ est idolorū seruit⁹. Talis seru⁹ pulchri⁹ stat in cloaca, inferni q̄ staret in camera picta celi. Tertiū exēplū est: qz pulchri⁹ stat latro i patibulo q̄ in regali solio. Latro est superb⁹ quia furatur illud deo qō est proprium dei scz gloriā. Esa. xlij. Gloriā meā alteri nō dabo, talis igitur latro stat pulchrius in patibulo infernalis tormēti q̄ staret i solio maiestatis dei. Octauo legauit crucē penitētie volentib⁹ penitere. Luc. ix. Si quis vult venire post me abneget semetipsum z tollat crucē suam z sequatur me. Quid aūt velit dicere cuzait. Abneget semetipm, exponit Greg. in hom. xl. dicēs. Relinquam⁹ nosmetipsos quales peccādo nos fecim⁹ z maneam⁹ quales nos p gratiā facti sumus, ecce ei qui superbus fuit: si humilis factꝰ est, se ipsum relinquit, si luxuriosus vitā mutauit abnegauit quod fuit: si auar⁹ elargiri dedicit z aliena rapere desiit: semetipz reliquit est quidē ipe per naturā scz nō est ipse per malitiam. Deinde subdit, tollat crucē z sequatur me. Unde subdit idem Greg. Duob⁹ modis crux tollitur: aut cū per abstinētiā affligitur corpus: aut per cōpassionē proximi affligitur animus.

85 ¶Feria quarta sexte hebdomade.

xl. Sermo primus.

Ulnerat⁹ est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostre super eū cuius liuore sanati sumus. Esa. liij. Sicut dicit hic. Esayas. Nam tā fuit pro⁹heta q̄ euangelista. Uidetur enim non tam prophetiam texere de futuro q̄ hystoriā scribere de preterito. Uū christi passionem, plusq̄ per quingentos annos prenidens eā sic aperte et describit ac si eam presentialiter sperasset, di. vulneratus est ꝛc. Ubi primo ponit q̄ ipsa passio xpi fuit valde penosa cū dicit vulnerat⁹ est ꝛc. Secundo ponit q̄ fuit valde fructuosa: cum subdit, cuius liuore sanati sumus. A

¶Pena autem christi describitur triplex quia fuit vulneratus. Attritus: z disciplinatus. Primo fuit vulneratus z vt redēptionis nostre precium de corpore suo emanaret. Corpus enim christi erat tanq̄ saccus plenus thesauro, tanq̄ alabastrū plenum vnguento, z tāq̄ apotheca plena balsamo. B

¶Homo em̄ erat captiuus vulneratus, z fetidus: voluit igitur christ⁹ vulnerari vt saccus scinderet z thesaurus inde exiret quo captiuus redimeret. De isto thesauro dicitur. j. petri. j. Non corruptibilib⁹ auro nec argēto redēpti est⁹ sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati z imaculati ihesu xpi. De sacco vero in quo erat iste thesaur⁹ dicit, Prouer. vij. Sacculū pecunie secum tulit. Unde saccum plenū misericordia sua misit deus pater in terrā. Saccum inquam in passione cō scidit vt effundatur qō in eo latet precium nostrum. Secundo corpus christi erat tāquam alabastrum plenū vnguento, et iō voluit vt illud multis vulneribus frangeretur: vt inde vnguentū pretiosum exiret quo vulneratus curaretur. Ista vnguēta petebat sponsa dicēs. Canticoz. j. Trahe me post te curremus in odore vnguentorum tuorum. Ista vnguēta sunt suauia, qz delectāt corda z sunt sanatiua: quia curant pctā. Eccli. xxxviij. Unguentarij faciet pigmenta suauitatis z vnctiones confabricabit sanitatis. Istis vnguentis sanat⁹ est samaritan⁹ vulnerat⁹ vino z oleo impositō id est sanguine christi q̄ fuit tanq̄ vinū inquātum patrem letificauit: z fuit tāquam oleum inquantum ipsum ad misericordiam inclinauit. Tertio corp⁹ christi fuit tanquam apotheca plena balsamo z iō voluit qō illa apotheca aperiret z inde balsamū efflueret quo fetidus sanaret. Tūc autem ista apotheca fuit aperta quando vn⁹ militū lancea latus eius aperuit. De odore eiusdē balsami dicit. Eccli. xxiiij. Sicut cynamomū z balsamū aromatizans odorem dedit ꝛc. C

¶Omnia que in balsamo sunt dicuntur esse virtuosa scilicet cortex, folia, semen, liquor. Sic etiā quicquid fuit in christo virtuosū fuit scz cortex. i. corpus. Folia, id est verba: semen, id est ei⁹ anima i cortice seminata. Liquor. i. sanguis pciosꝰ sacerdos xp̄s fuit attrit⁹. Sicut enim herbe terūtur vt inde fiat emplastrū per quod postema frangat z sanet. Sic corp⁹ xpi fuit attritum vt inde fieret emplastrum: non tamen nostre superbie frangeretur. Fit aūt emplastrū de herbis floribꝰ, z speciebꝰ aromaticis aliq̄ liquore infuso. D

¶In christo autē fuit caro tanq̄ herba, secta illud Esa. xl. Omnis caro fenum. Fuit anima tanq̄ flos: qz fuit valde pulcra z amena. Canti. ij. Ego flos cāpi. Fuit diuinitas tāq̄ species aromatica. Fuit sanguis tāq̄ liquor infusus. Ex istis igitur factū est emplastrū qō debet frangere tumorem nostre superbie. E

¶Tertio fuit disciplinatus. Ideo dicit. Disciplina pacis nostre super eū. Homo nō offenderat: z ideo disciplinari debebat. Christ⁹ autē flagellari voluit: z deū pacificauit. Olim pār trib⁹ modis imolabatur z firmabat scz percussione qz ictuatim se manibus percutiebāt. Signi fectione: qz aliquam columnā vel pilam ad quā erigebāt. De istis duob⁹ dicit Psalm vltimo. Percussit iosue in die illo duces. Ecce percussio. Deinde subdit. Et tulit lapidē pergrādem dicēs: q lapis iste erit vobis in testimoniū ꝛc. Tertio aque aspersione. De hoc dicit. j. Reg. vij. Hauserunt aquā z effuderūt in conspectu domini per quod volebāt innuere q̄ sicut de aqua nihil remanet cū effundit nec substantia nec sapor nec color. Sic si aliq̄s pater nō seruaret, nec de illo, nec de his q̄ ad ipz spectāt aliquid remaneret. Ut ergo christus firmam pacem cū deo nobis faceret fuit disciplinat⁹, percussus non solū in manib⁹ sed etiam in pedib⁹: fuit perforat⁹: z in toto corpore flagellatus. Fuit etiā tanq̄ signū elevatus in crucē. Johan. xij. Si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsum. Fuit etiā insuper sicut aqua effusus qz nihil sibi remanuit, nec sanguis nec anima nec vita nec virtus nec familia. F

¶Secūdo ei⁹ passio fuit fructuosa, ideo dicit. Liuore ei⁹ sanati sum⁹. Corpus ei christi fuit in morte liuidū z nigrū. Apocal. vj. Sol fact⁹ est niger tanq̄ saccus cilicin⁹. Fuit etiaz rubicundus. z Isaie. lxij. Quare rubrum est indumētū tuum? Ite liuor z nigredo z rubedo nos omnes sanauit. Ideo signat per morum. j. Mach. vj. Elephanti ostenderunt sanguinē mori ad acuēdū eū ad prelia. Morum aūt sicut dicit Ambroz primo est albū postea rubeū postea nigrū. Sic christ⁹ fuit alb⁹ id est innocens in tota vita sua z conuersatione. Fuit rubicundus in cruce per sanguinis effusionē. Et fuit liuid⁹ z niger in morte. Unde poterat dicere anima christi illud, Cantico. j. Nigra sum per corporis mei liuorem z deformitatē sed formosa: per corporis mei mūditiam z puritatē sicut pelles Salomonis propter rubētis sanguinis effusionem. Pelles em̄ salomonis erāt rubicundi coloris. per istos liuores sanati sumus. G

¶Homo quidem erat infirm⁹ in capite, id est in intentione que est caput anime. Qz in his q̄ faciebat nō sanā intentionē habebat. Erat infirm⁹ in corde quia habebat cogitatiōes noxias z vanas. Erat infirmus in pedibus qz habebat affectionē immundam aut terrenā. Pes em̄ scōz Aug. est affect⁹ z amor animi. Sicut em̄ corp⁹ vadit pedib⁹: sic anima vadit affectib⁹. Erat infirm⁹ in toto corpore: quia habebat totam vitam mūdanam z conuersationem vanam. H

¶Ut igitur christus suis liuoribus z suis vulneribus nos sanare voluit primo vulnerari in capite: vt sanaret nostras obliquas intentiones. Voluit vulnerari in manibus: vt sanaret nostras malas z remissas operationes. Voluit vulnerari in corde vt sanaret nostras noxias z vanas cogitationes. Voluit vulnerari in pedibus: vt sanaret nostras immundas z terrenas affectiones. Voluit vulnerari z flagellari in toto corpore: vt nos omnes sanaret.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Eadem feria quarta sexte hebdomade. Sermo secundus.

Jc calix nouum testamētum in meo sanguine q̄ pro vobis effundet. Luce .xxij. Sanguis christi qui confirmauit nouum testamentū fusus est pro manibus vt eos redimeret atq; saluaret. A

¶Homo quidē erat exclusus a celo inclusus i inferno siue in lymbo z reclusus i exilio. Jdeo sanguis xp̄i fusus est vt homini ad celū reduceret, de lymbo extraheret: z in mundo siue in exilio cōfortaret. Primo igit homo exclusus erat a celo: ō sanguis christi effusus est vt ip̄m ad celum reduceret. B

¶Tria aūt erant que hominē impediebāt ne ad celū rediret. Primum est quia porta celi erat clausa: qō signatū est Gen. iij. Per cherubim quē dominꝰ ad ianuā paradisi posuit vt ipsam custodiret. Secundum erat qz flamma erat quedā interposita q̄ hominem ab ingressu arceret. Unde ibidē dr. Et flameū gladiū ꝛc. per quā flāmā significat reatꝰ z obligatio ad penā eternā: cui homo merito p̄uaricatiōis sue erat obligatꝰ. Tertiū erat iustitia dei qz multum erat seuera: que significatur per rūpheam bis acutam quam cherubin i manu tenebat. Justitia enim dei dicebat bis acuta: siue qz corpꝰ z aiaz incidebat. Siue qz de p̄missis z omissis rōnē q̄rebat. C ¶Jō sanguis xp̄i, fuit clauis dei: aq̄ z p̄cū dei. Fuit clauis: qz ianuam paradisi aperuit. De illa clauꝰ dr Esa. xxij. Dabo clauem domꝰ dauid sup humerū eiꝰ z aperiet z nō erit q̄ claudat: claudet et non erit qui aperiat. Jsta clauis fz glosam fuit crux xp̄i quā ipse super humerū suū baiulauit: ideo sanguis xp̄i clauis est paradisi. Scō fuit aqua dei: qz ignez ye hemētē gehenne extinxit: qz viterius in bonos nō potuit preualere. Jsta aqua est signata in aqua que de latere xp̄i emanauit. De quo p̄t exponi illud Eccl'ia. xlij. Ignem ardentem fez infernalē: extinguit aqua: fez illa que de latere xp̄i effluxit. Hiero. Rumphea illa flāmea z fortiꝰ p̄sidentia cherubin xp̄i extincta z reserata sunt sanguine. Tertio fuit precium dei qz d uine iustitie satisfecit. p̄s. Quod nō rapui tūc exoluebā quasi dicat xp̄s. Adam fecit furtū z ego solui debitū. Un cāt ecclesiam b̄nditione ceteri paschales. Qui p̄ nobis eterno patri ade debitū solui. Scōs hō erat inclusus in inferno siue in lymbo: z iō xp̄s sanguinē suū fudit q̄ portas inferni cōfregit z sanctos patres inde eduxit. Zacha. Tu quoq; in sanguine testamēti tui: eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Legit in hystoria scholastica qꝰ salomō habuit structionez habētē pullū quē pullū salomon in q̄dā cauea vitrea nutriebat. Cū ꝛo p̄ pullū suū hr̄enō posset vermē quēdā de deserto portauit, de cuiꝰ sanguine illā cauea ipse linuit z cōtinuo fracta fuit, z sic pullum illum de cauea extraxit. D

¶Iste vermis est xp̄s q̄ dicit in .p̄s. Ego aūt sum vermis z nō homo. Uermis eñ nō nascit p generationē carnalē fz de humore terre virtute radij solaris p̄ducit. Et sic patrē hz in celo fez solē z matrem in terra fez humorē. Sic etiā xp̄s in celo hz patrē sine matre z in terra matre sine p̄re. pulli inclusi in cauea sunt p̄fes inclusi infernali cauea. Sed venit iesus vermi cuiꝰ z virtute sanguinis sue cauea fregit: z ide sctōs p̄fes ęduxit. p̄s. Cōtriuit portas ereas: z vectes ferreos p̄fregit. Tertio hō erat reclusus in exilio se in mundo, iō xp̄s sanguinē suū fudit vt hominē ibidē cōfortaret. Homo q̄dē erat mortuꝰ multis tribulationibꝰ p̄ressus ad cōuertendū se ad deum multum durus: z ab diabolo in seruitute detentus. E

¶Jdeo christus sanguinē suū fudit. Primo vt hominē viuificaret. Leuit. xvij. Alia omnis carnis in sanguine est. Ose vj. Uiuificabit nos post duos dies. Jndie tertia suscitabit nos. Sumꝰ enim viuificati prima die passionis sue, z in secunda die sepulture, Sed suscitati fumus in tertia die resurrectiōis sue. Legit qꝰ serpēs multū odit z persequitur pellicanum et dū pellicanꝰ abest intrat nidum z pullos occidit. Pellicanꝰ autem rediens tribus diebus plangit pullos mortuos. Tertiā autem die cū rostro se vulnerat: z de sanguine suo suos pullos aspergit: z sic illi resuscitantur. Iste pellicanus est christus q̄ dicit in p̄s. Similis factus sum pellicano ꝛc. Serpens est diabolus qui humanum genꝰ occiderat. Sed christus in quinq; p̄priꝰ vulnerari voluit: z sic pullos suos mortuos, id est homines mortis peccato mactatos vitificauit. Secundo sanguinem suū fudit vt homines tribulatos dulcoraret et ad consolationē reduceret. Hoc signatū est. Exodi. xv. Ubi dominꝰ p̄cepit moyſi q̄ lignū i aquas amaras mitteret: z sic eas dulcoraret. Gregoriꝰ. Si passio xp̄i ad memoriaz reducit nihil est quod non quo animo tolleretur. Bernardꝰ. Unde ps angustias domini nostri, leuiꝰ nr̄as portabimus. Refert Aristo. q̄ si fiat vas cere noue z diligenter claudatur z in mari ponatur aqua que per poros itrabit dulcis efficiet. Jstō vas cereū ē corpꝰ dominicum. Sicut enim cera generatur apibus sine corruptiōe z cōmixtione: sic caro xp̄i fuit generata a virgine sine corruptione. Fuit aūt caro nouā: qz nulla peccati vetustate viciata. Fuit ēt clauis claue: qz nulla diabolice temptationi fuit a p̄te: post eius sunt vulnera eiꝰ. Si q̄ nostras amaritudines per recordationem z deuotionē in vulnera eiꝰ miseriemus, mox in dulcedinem conuertentur. Deuteron. xij. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Tertio xp̄s sanguinē suū fudit vt corda dura ad penitē frangeret, hoc signatū est Mat. xxvij. vbi dicitur, Terra mota est petre scisse sunt monumēta apta sunt z multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerūt. Et quo dat intelligi q̄ ad memoriam dominice passionis: illiq; erāt terra: tamā dolicet terrena debēt moueri ad amādū celestia. Illi q̄ erant duri sicut petre debent frangi per cōtritionem eorū monumenta, id est ora debēt aperiri per cōfessionem: z mortui, id est mortalia peccata debēt exire z erurgere per satisfactionez. Reperit quod dam genꝰ adamantis qō non frangit percussione, per ignis aduſtione: nec per aliquam temporis mucerationē. Frangit aūt infusione: sic multi

sunt qui ad penitentiam non franguntur nec per diuinā comminationem siue flagellationē: nec per spiritus sancti internā inspirationem, nec per etatis longam inueterationem. Frangunt autem per dñici sanguinis, meditationem atq; virtutez. Quarto fudit sanguinē suū, vt homines de manu diaboli liberaret. Jstam liberationem fecit prudēter. s. diaboli astutiam decipiēdo. Decipit eñ cū s̄m Augustinū tanq; murē: quia tetendit crucē tanquā muscipulam in qua posuit sanguinem tā q̄ escā: vnde dicit. Augustinus. Uenit redemptor z victus est deceptor, z dū fecit redemptor captiuatori nr̄o teterēdit muscipulā: id est crucem suam, z posuit in ea escā. i. sanguinem suū. Jlle autem effudit sanguinē nō debitoris sed redemptoris propter q̄ recessit a debitoribꝰ, s̄m Augustinū: decepit eum tanquam piscez: quia posuit exterius carnem z sanguinē interius autem occultauit ferreum hamum: id est diuinitatem diabolus aūt voluit capere escā carnis z captꝰ hamo diuinitatis. Unde Job. xxxix. dicitur. An extrahere poteris leuiathan hamo z fune ligabis linguam eiꝰ? Secūdū ꝛo Remigiū decepit eū tanq; auem. Unde exponens illud verbū Job. xl. Nunquid illudes ei quasi auis, dicit illudes: qz illusus est diabolus in morte xp̄i quasi auis. Nā xp̄s sua carnis mortalitate abscōdidit diuinitatē vt laqueū quo eū velut auē improuidā prudenti irretiuit muscipula. Refert Valerius q̄ dorēses z athenienses dū admucē decertarē, eodrus rex athenienſiū de euentu belli a pollinem requisiuit. Qui respondit q̄ si se occidi p̄mitteret gēs sua victoriam obtineret: cū vero hostes illud oraculū audiuissent, precepērūt ne aliqs regem athenienſium tāgeret, ipse ergo ne cognosceretur rusticanū habitū accipens sarmenta assumēs i humeris ad hostes processit: ubiq; quendā militē cū falce pronocans ab ipso est occisus, q̄ cognito dorenses memores oraculi fugerūt z athenienses victoriam habuerūt. Jste rex fuit xp̄s q̄ ne a demonibus cognosceret habitum serui accepit sarmēta. i. crucē in qua fuerūt diuersa lignā: i hūeris baiulauit: z sic mortuꝰ fuit

Universidad de Navarra Biblioteca

ſtem demones ipm cognouiſſent:nũquã occidi cum peruaſſent.ſ.Cor.j.Si em cognouiſſent nunq̃ dominũ glorie crucifixiſſent. Per ſuã aũt mortẽ demones fuerunt expoliati et victi. Col.ij. Expoliãs principat⁹ z ptãtes traduxit cõfidẽter palã triumphans illos in semetipſos.

¶ In die cene domini Sermo.j.

Robet autez

ſeipſum homo:z ſic de pane illo edat z de calice bibat.ſ. Cor.j. Si aliquis debet aliquem cibum capere oportet q̃ videat z probet ſi cibus ille ſit ſan⁹ z ſi ſtomachus ſit bene diſpoſit⁹: ſi em̃ hoc non faceret cib⁹ eſſet magis ſibi in nocumentũ q̃ in profectum. Cibus autẽ ille celeſtis nõ eſt probandus:qz ſemp eſt bonus:ſz homo eſt proband⁹ ſi bene ſit diſpoſitus ſeu paratus. Vñ non dixit, probet autem homo iſtũ cibum,ſed probet ſeipſum hõ. Gregorius. Sicut cibus corporalis cuz venerẽ inuenerit diuerſis humoribus occupatũ ampli⁹ ledit z magis nocet nullum preſtat auxiliũ.ita cib⁹ ſpiritualis etiã ſi aliquem receperit maligntate polluti,magis eum perdit non ſui natura ſed vicio recipientis. A

¶ Notanduz autẽ q̃ ille qui debet hunc cibũ ſuſcipere dz tria pbare. Primo ſeip̃m a quãte ſit puritatis: z iſta puritas attenditur quantũ ad manus:quib⁹ miniſtratur:q̃tum ad os per qđ ſuſcipit,quãtum ad cor in quo recipitur: manus quidẽ debẽt eſſe mũde z innocẽtes.ps. Lauabo inter innocẽtes manꝰ meas z circũdabo altare tuũ domine:ideo ſicut dicit dionyſius. Sacerdos acceſſurus ad conſecrandũ lauat digitos p q̃ peccata venialia deſignant: ad innuendũ q̃ nõ tantum magnis ſed etiam a paruis peccatz dz eſſe mũdus. Debet igit hr̃e manꝰ mũdas:id eſt mũda opera: qui enim habet opera immunda non eſt dignus tangere nec recipere illud ſacramentũ. Legit ſecundi Reg.vj. Qđ oza a deo peuſſus eo q̃ archaz ſuet manibus ſuis tetigit: z aſſignãt iudei rationẽ,q̃ in nocte precedẽti ſacuerat cum vxore ſua. Si igit ille peuſſus eſt q̃ iacuerat cuz vxore: quã percuſſione dignus eſt qui iacet cũ meretrice? ſi ille etiã peuſſus eſt qui iacuerat cũ vxore ppria: z qui indigne tetigit archã dñi lignea,qua percuſſione dignus eſt:q̃ indigne carnẽ xp̃i recipit veraz? Si ille qui archam tetigit vt archã iuuaret ne paterẽt ruinam:qua peuſſione dignus eſt qui leuat corpus chriſti ad proũciendũ in latrinam:id eſt in conſcientiã immundaz?

B ¶ Secũdo debet habere os mundũ p quod ſuſcipit,z maxime a duobus peccatis:ſcz detractionis z guloſitatis. Unde dicit.ſ.Cor.xj.vbi apoſtol⁹ loquit̃ de hoc ſacramẽto dicens. Cõuenientib⁹ nob; in vnũ.ſ.ad eccleſiam audio ſciſſuras eſſe: ecce petiñ detractionis z infra. Alꝰ quidẽ eſurit:alꝰ aũt ebri⁹ eſt : ecce petiñ guloſitatis: primus ſcz detractor eſt ſicut canis. Secundꝰ.ſ.guloſus eſt ſicut porcus:nõ dicit Matthei.vij. Nolite ſanctũ dare canibus:quantũ ad primum nec p̃ciatis margaritas ante porcos: quantum ad ſecundum. C

¶ Tertio dz habere cor mundũ in quo recipitur:qz cum iſte cibus ſit ſplendor z ſpeculũ ſine macula:non habitat niſi in mẽte pura. Sapiẽ.vij. Jn alias ſanctas ſe trãſfert. Cant.ij. Qui paſcit iter illas: id eſt inter pura corda. Quar⁹ aũt̃ proũ eſt ipſum in terram:qz habet cor terrenũ amãdo terrena,luxuriosus proũcit ipm in lutũ:qz habet cor immundicijs plenũ ſuperbus p̃cit ipſum ad ventũ quis habet cor ventoſum:id eſt ambitione et ſaphia repletũ. Secũdo debet pbare corpus dominicum quante ſit materiat;. Jn ipſo em̃ ſacramento totus chriſtus continetur quantũ ad corpus,ſanguinem z animam,ſpiñ humanũ et deitatem verã. Accipiendo igitur eius corpus verũ corpori miſtico vnimur z bonorum operum participes eſſ̃ cimur: vnde dicit.ſ. Cor. x. panis quez frangimus:nõne participatio corporis dñi eſt? De hac participatione dicitur in ps. Participẽ me ſac de omn timen.te,z cuſto.man.tua. D

¶ Recipiendo eius ſanguinem ab omni impuritate cõſcientie mũdamur. Hebr. ix. Sanguis xp̃i emũdabit cõſcientias noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiẽdũ deo viuenti. Recipiendo eius animã ab omni ſeruitute redimimur. Johã.x. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis redimendis. Matthei.xx. Filiꝰ hominis nõ venit miniſtrari ſed miniſtrare z dare aiaz ſuã in redemptionẽ pro multis. Recipiendo eius ſpiritum ab omni morte corporis z ale vimur. Johã vj. Spiritus eſt q̃ viuificat, caro autem non prodeſt quicquã Roma. viij. Qui ſuſcitauit ieſum a mortuis viuificabit mortalia corpora nr̃a per inhabitãtẽ ſpiritũ ei⁹ in nobis. Recipiẽdo ei⁹ dei tatẽ omni dulcedine ſatiamur Johãnis x. Jngredietur.ſ.ad contemplationẽ dei patris:z egredietur.ſ.ad viſitationem humanitatis et paſcua inueniet in vtroq;. De hac refectione dicit Matthei.xj. Venite ad me omnes qui laboratis z onerati eſtis et ego reficiam vos. E

¶ Tertio dz probare indigne ſumentis periculũ q̃te ſit penalitatis. Jncurrit em̃ penam temporalem z ſpiritualẽ z eternam. De temporali dr.ſ.Cor.xj. Jõ inter vos multi infirmi z imbecilles dormiũt. Dicitur in libro paſchaſij q̃ quicunq; indigne cõmunicat niſi miſericordia z bonitas dei gladium ſuſpenderet:ab angelis ad hoc poſitis perimeretur. Secũdo tales incurrunt penã ſpiritualem:qz diabolus in eos maiorem poteſtatẽ accepit. Unde dr de iuda. Johãnis.xiij. Poſt buccellã introiuit in eum ſathanas amplius ſcz q̃ erat: z tamẽ illa buccella non erat corpus chriſti ſed diabolus in ipſam introiuit,qz auſus eſt accipere buccellam de manu domini, q̃to magis in illũ itrat qui indigne audet recipere corpus chriſti. Auguſtinꝰ. Nullus malignus ad corpus xp̃i accedat: nullus ſtultꝰ accedat: nullꝰ igit̃ fuſcato aio appropinquare audeat,ne q̃ iudas ſuſtinuit patiat. Nam in illum poſt communicationez mẽſe, diabolus introiuit,nõ quia ſumpſit dominicum corpus,ſed quia in p̃uidẽtia iude z malignitas mentis aduerſarium inhabitare fecit,vt diſcas q̃ idigne myſterio ſũ ſecreta celebrantibus diabolꝰ inſidie parant. Tertio incurrũt penã eternaz. Unde ſuper illud. Reus erit corporis et ſanguinis domini. Dicit Ambroſius. Mortis Chriſti penas dabit,ac ſi chriſtum occidiſſet puniretur. F

¶ Quatuorem ſũt occiſores chriſti: ſcilicet iudei,ingrati,recidiuãtes, z corpus chriſti indigne ſumẽtis, Et iſtud p̃t oſtẽdi per tale exemplũ. Eſt aliq̃s homo qui hz quatuor marchas auri. Una ſibi violenter auferẽt:alia dat ingratis:tertiã ponit̃ in mercibus q̃ ſibi auferunt:quartam proiecit in latrinã:iſte p̃t dicere ſe q̃tuor marchas amiſiſſe. Judei ſunt illi q̃ marchas violenter auferunt:qz vitam chriſti cum violentia abſtulerunt. Jngrati ſunt ſimiles illis qui beneficiũ nõ cognoſcũt, qz tales tantum beneficium paſſionis nõ agnoſcũt:nec aliquod ſeruitium impendunt. Recidiuantes ſunt ſimiles illis qui merces auferunt. Chriſtꝰ em̃ animas, noſtras ſanguine ſuo redemit z emit. Et iõ ille q̃ ad peccatũ reuertit̃,animã emptã ſibi auferre conatur. Jlli vero qui immũda mẽte recipiũt corpus chriſti,ipſi quãtum eſt in ſeipſis in latrinam proiciunt.

G ¶ Quarto debet probare digne recipientiũ fructũ quãte ſit vtilitatis. Quo q̃dẽ vtilitas attenditur in vita z in morte. Jn vita em̃ eſt dimiſſum nobis in memoriale paſſionis chriſti z in medicamẽ, tum curationis:habemus igitur triplex memoriale paſſionis dominice. H

¶ Unum eſt in viſu, ſcilicet paſſio chriſti depicta:z illud debet affectũ noſtrũ multum mouere. Secundum eſt in auditu:ſcilicet paſſio Chriſti audita vel predicata:z illud nos dz mirum in modum mouere. Tertium eſt in guſtu.ſ.paſſio xp̃i in hoc ſacramẽto tã veraciter z tã ſingulariter expreſſa:z illud dz nos maxime. Secũdo dimiſſum eſt in nobis medicamẽtũ nr̃e curationis. Eſt em̃ medicina efficax contra oẽs infirmitates nr̃as: ſicut pz in illa oratione. Purificent nos q̃ſum⁹ dñe ſacramenta que ſumpſimus ꝛc. J

¶ Eſt ei medicina curatiua:qz ſanat oẽs morbos victoruz. Unde dicit̃ ſit ablutio ſcelerũ ꝛc. Eſt medicina cõfortatiua: qz roborat et cõfirmat in ſanitate recepta: iõ ſubdit:ſit fortitudo fragilium. Eſt medicina preſeruatiua q̃ preſeruat hoiem ne iterum cadat. Vñ ſubdit. Sit contra mũdi pericula firmamẽtũ. Eſt medicina melioratiua:qz vitos z mortuos ad melio-

ratina: qz vinos ⁊ mortuos ad meliorem statum perducit. Unde subditur. Sit vinorum atq; mortuorum, fideliū remissio omnium peccatorum. R

¶Secundo autē attenditur hec vtilitas in morte. Via eñ quā aia de corpore decedēs facturā ē via tenebrosa. Job. xix. In calle meo tenebras posuit. Est via periculosa. Uñ ps. In via hac qua amb. ab scon. superbi laqueū mihi. Est via lōga. iij. Regū. xix. Grandis tibi restat via. Est via ignota. ps. Uiaz ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Qñ igit corpus xpi animab⁹ decedentib⁹ dat: portāt secū lucē ad tenebrose vie illuminationē. Jo. viij. Ego sum lux mundi. Itē eiusdē. xij. Ambulate dū lucem habetis: ne tenebre vos comprehendant. Habent secum pugillē ad hostiū defensionem. Job. xvij. Pone me iuxta te, cuius vis manus pugnet cōtra me ps. Si ambulauero i medio vmbre mortis: non timebo mala: qñ tu mecū es. Habēt secū cibum ad confortationē ps. Panis cor hominis cōfirmet. iij. Regū. xix. Ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montē dei oreb. Habēt secū ductorem ad vie directionē. Michee. ij. Ascendit inter pandens ante eos. ps. Reduxit eos ad portū voluntatis eorū.

88 ¶Eadem die, scilicet in cena dñi.

Sermo secundus.

ET cena facta cuz diabolus iam misisset in cor vt traderet eū iudas simonis scariotis surrexit ⁊ cenat posuit vestimenta sua. Johan. xj. Quando amici adinuicez separantur consueuerunt adinuicē epulari. Sic etiam xps sciens ⁊ debebat ab apostolis recedere: primo voluit cū eis cenare. Uñ eñ dicitur Luc. xxij. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. A

¶In hac aūt xps assumpsit psonā amici: personā serui, ⁊ personaz epi. Primo quidam assumpsit personā amici in hoc ⁊ tam familiariter ⁊ amicabiliter cū eis comedere voluit. In hac aūt cena comedit xps agnum paschalē. Qlio aūt comed. debebat determinat Exodi. xij. vbi dicitur. Non comedetis ex eo crudū, quid nec coctū aqua: sz assum tm igni. Caput cū pedibus ⁊ intestinis vorabitis. Edēt autē carnes nocte illas assas igni ⁊ azimos panes cū lactucis agrestib⁹. primo igit nō oz comedi ex eo crudū quid nec coctum aqua: sz assum tm igni. Duo hic phibent: scz ⁊ nō comedat crudus nec coctus aq̄. Tertiū precipit. s. ⁊ igne assatur Cruda eñ caro nullo igne excocta nō est sapida. Caro vero lixa lz cocta tñ nō est adeo sapida. Caro vo assata ⁊ est igne cocta ⁊ est sapida. B ¶Illi igit comedūt crudū qui habent cor crudum. i. non excoctū igne amoris. Illi comedunt lixum qui habēt cor lixū. i. insipidum ⁊ nō sapidū sapore deuotionis. Illi comedūt assum: qui habēt cor excoctū p amorē: ⁊ sapidū p deuotionē. C

¶Iste igitur agn⁹ fuit triplici igne assatus. Et ideo nō oz comedi crudus, nec lixus sed assatus. Fuit ergo assatus igne amoris. De quo igne dicit Luc. xij. Ignem veni mittere i terrā. Igne doloris. Threno. j. Attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor me⁹. Et igne passionis ps. Igne me examinasti ⁊c. D

¶Secōo oz comedi ei⁹ caput cū intestinis ⁊ pedibus. Caput istius agni est ei⁹ diuinitas. j. Cor. xj. Caput xpi deus est. Pes ei⁹ est caro ipsi⁹ qui est natura infima in ipso. Intestina ei⁹: est aia ei⁹. Ista oia debemus vorare. i. per verā fidem nobz incorporare. Fuerunt aūt quidā heretici qui dixerunt ipsum non habuisse diuinitatē. Isti non comedebant caput. i. sibi p fidem non incorporabant caput. i. diuinitatem. Alij dixerunt ipsum non habuisse verā carnē humanā: sed fantasticam de celo delatā. Isti pes non comedebat. i. ei⁹ carnē per veram fidē sibi non incorporabant. Alij fuerunt qui dixerūt ipm nō habuisse animā rationalē: sz diuinitatē loco anime. Isti intestina nō vorabāt, id est eius animā per veram fidē sibi nō incorporabant. Nos igit caput cū pedibus: ⁊ intestinis voremus: id est de ei⁹ diuinitate, carne, anima fideliter ⁊ catholice sentiamus. E

¶Tertio oz comedi cū lactucis agrestibus: id est cum amaritudine de peccatis omnibus. Notandum autem ꝙ quidam sunt qui sumunt istas lactucas integras, quidā contritas, ⁊ quidam succū ipsaz. Est eñ quedā amaritudo superficialis, quedam precordialis, ⁊ quedam mixta cum lachrymis. Sunt eñ quidā qui habent de peccatis quendam superficialez dolorem, qui attritio dici potest. Isti sumūt istas lactucas integras seu pfectas. Talis attritio peccatorum nō plenefusti ficat Piere. v. percussi sti eos: ⁊ non doluerunt attristi eos ⁊ renaerunt accipere disciplinam. Alij sunt qui omnia peccata sua in mortariolo memorie sue conterunt ⁊ pistillo laboris minutatim conterunt: ⁊ talis dolor contritio appellat. Isti sumunt istas lactucas cōtritas, ⁊ talis contritio vulnera peccatorum sanat. Osee nono. Sanabo contritiones eoruz diligam eos spontanee. Alij sunt maioris pfectionis: qui sez peccata nō solū sic conterunt, sed etiaz lachrymas emittūt: isti sumunt agnum cum succo lactucarū: id est cum abundantia lachrymarū. Gregorius in moral. bus. Carnes cū lactucz agrestib⁹ sunt edende: vt cum corp⁹ nostri redēptoris accipim⁹ nos pro peccatis nostris in fletibus affligam⁹: quatin⁹ ipsa amaritudo penitētie abstrgat a mētis stomacho quer se humorē vite. Quarto oz comedi cum panibus azimis: id est cum panibus non fermentatis. Secūdū Greg. Panes sine fermēto comedit qui opa bōa sine corruptiōe vane glie facit. Uel secūdū eundē. Quilibet opera sine admixtione peccati exhibet ne quer se diripiat qō quasi recte dispensat. Quibus per increpationē dñs dixit. Sacrificate de fermento laudem. De fermento nanq; laudem immollat qui deo sacrificiuz per rapinam parat. Uel ille sine fermento corrēdit, qui se a mala societatē custodit. j. Cor. v. Modicū fermentū totam massaz corrumpit. Uel ille azimū sine fermento manducat: d mentis ⁊ corporis puritatē seruat. j. Corint. v. Expulemur nō in fermento veteri: id est in veteri conuersatione, neq; in fermēto nequitie ⁊ malicie: sz in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. F

¶Secūdo. Christus assumpsit personā serui: in eo ꝙ pedes seruorum suoz lauit. Lauit autem corporales pedes et spirituales. Corporales aūt lauit in exēplū ⁊ documentū. In exemplū quidē humilitatis. Unde ipse dicit. Exemplum dedi vobz vt quemadmodū ego feci vobz, ita ⁊ vos faciatis. Istā autez tantā humilitatem petrus horruit dicēs. Nō lauabis mihi pedes in eternū. Cui respondit iesus. Si non lauero te: nō habebis partē mecū. Tūc petrus timore ⁊ amore pcussus obtulit lauandos pedes, manus ⁊ caput. Sz xps cū corripuit dicēs, ⁊ asserens qō non indigeret lotione capitis, nec manuū, sed tantum pedum. G

¶Per caput intelligitur intētio, per manus operatio, per pedes vero affectio. Duo aūt prima: scilicet operatio ⁊ intentio, in petro munda erāt: ⁊ ideo lotione manuum vel capitis indigebat. Habebat enim intentionem in omnibus rectam: ⁊ operationē mundaz. Affectio autem in petro ⁊ in ceteris sanctis sepe alicui pulueri terrene affectiōis aspergit: ⁊ iō indigent vt lauentur. Augustin. Ipsi humani affect⁹ sine quibus in hac mortalitate nō viuit pedes sunt vbi et humanis rebus afficimur: vt si dixerimus quoniaz peccatū non fecimus: nos metipsos seducimus ⁊ deficimus. Secōo lauit pedes in documentū vbi docuit ⁊ ostēdit qō prelati debēt lauare subditos. Tūc em pedes lauant quādo prelatus verbo ⁊ exēplo subditorū affectus purgat ⁊ mūdat. Sepe autē contingit quod pedes nō lauantur: aut quando manus est coinquinata: aut qñ aqua est turbida ⁊ immunda, aut qñ immundicia in pedibus est inueterata. H ¶His tribus de causis subditi pedes non lauant. Primo quando manus prelatorū: id est opera eorū sunt immunda. Ecclesiastici. xxxiij. Ab immundo quid mundabitur. Gregoriꝰ nazanzenꝰ. Mundari prius oportet: ⁊ sic alios mundare sapientē fieri prius, ⁊ sic alios facere sapientes, lumen efficī: ⁊ ita alios illuminare, accedere ad deū: ⁊ sic alios ducere ad deū. sanctificari, ⁊ sic alios sanctificare. Manus hñe rectas: ⁊ sic eē recti cōsiliū, ⁊ rectū dare consilium. Secūdo, qñ aqua est immunda. Aqua immunda est omor mūdi. De qua dr Hier. eñ. h. Quid

tibi in via egypti vt bibas aquā turbidā. Talis enim aqua nō lauat, sed inquinat. Augusti. Quisquis es q̄ es in mundo, ad te venit q̄ fecit mūdū vt eripiat te de mūdo, qō si adhuc aliqua delectatione te retinet mūdus semper vis esse immundus, si tamen [illegible] necessitate retinet te mūdus: habitat in te q̄ mundat immundos, q̄ eris mūd⁹. Tertio qñ ipsa macula pedum ex nimia frequētatione efficitur nimis tenax q̄ inueterata. Unde dicitur Ec ecclesiastici. xxxvij. Qui baptizat a mortuo id est q̄ lauatur a mortali peccato q̄ iterū qui tangit mortuū, quid proficit eius lauatio, scōe petri secundo. Facta sunt eis posteriora priorib⁹ deteriora. Cōtingit em eis illud veri prouerbij. Uelut canis reuersus ad suum vomitum, q̄ sus lota in volutabro luti. Secūdo lauit pedes spirituales aqua sui sanguinis. de qua lotione ōi Apoc. ij. Lauerūt stolas suas q̄ dealbauerunt eas in sanguine agni. ℑ

℣ Ex quo igit̄ sanguis christi habet dealbare: videtur qō habeat virtutem lactis q̄ non sanguinis. Lac enim sanguis est in vberibus decoctus. Sanguis christi excoct⁹ fuit in corpore suo q̄ in corde nr̄o. In corpore suo: igne amoris. Tam vehemēter em in suo corpore ebullivit qō apto latere suo cū impetu emanauit. In corde nostro sunt duo vbera, s. intellectus et affectus. Debet aūt excoqui in vbere intellectus per meditationem. Et in vbere affect⁹ per deuotionē. Et sic sanguis xp̄i est excoctus in corpore suo per amorē in corde nostro per meditationem. Et affectus vertitur in albedinē et animas nostras dealbat q̄ mundat. Apoca. j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

℟ ℣ Ad lauandas nr̄as alas xp̄s fecit spirituale lixiuiū: in quo pro aqua posuit sanguinez pretiosum. j. Johan. v. Hic est qui venit p̄ aquā q̄ sanguinem. Iesus xp̄s. Pro cinere amaritudinem penarum. ps. Cinerem tāquam panem manducabam. Pro igne calefaciente: amorem immensum. Job. xiij. Cū dilexisset suos q̄ erant in mundo: in finem dilexit eos. Sed quoniā lixiuium erat nimis forte. Tum propter nimiū cinerum amaritudinem. Tuz propter nimiā ebullitionem. Ideo christus illud lixiuium duplici aqua temperauit. s. aqua lachrymationis quam in cruce effudit. vt habetur. Heb. v. Et aqua regenerationis q̄ de eius latere emanauit. Sic ergo tali lixiuio q̄ sic facto ex aq̄ sanguinis. sic cōmixto ex cinere amaritudinis. sic calefacto ex igne amoris. sic temperato ex aqua lachrymationis q̄ regenerationis lauat pedes omnium. i. affectus omnium animarum. ℣ Tertio accepit personam ēi quando. s. panem et vinum in corpus suum transsubstantiauit. q̄ apostolis potestatem conficiendi. q̄ transubstantiandi dedit. Et ista est maior potestas quā vnquā data fuerit alicui. ℵ

℣ Est quedā potestas dei magna facere de aliquo aliq̄d: sicut quando fecit hominē de terra, et Euam de homine. Est alia dei ptās maior: scz facere de nihilo aliquid. Sicut quando dominus fecit de nihilo celum q̄ terraz. Est alia potestas dei maxima facere scilicet vt ita dicamus de creatura creatorem. Istā potestatem non dedit angelis: sed sacerdotibus solis. q̄ diuina virtute panē et vinum in corpus q̄ sanguinem christi conuertunt. vñ Æusebius. Uisibilis sacerdos visibiles creaturas in corpus et sanguinem christi verbo suo secreto potestate commutat. Illo scz verbo quod dicit sacerdos. Hoc est enim corpus meum. ℵ

℣ Nō igitur debet aliquis attendere ad visum suum, quia visus putaret se videre colorem panis q̄ tamē non est ibi panis. Nec ad guſtū suum: quia putaret se sentire guſtū panis q̄ tamen non est ibi panis. Nec ad tactum suum: quia putaret se tāgere substantiam panis et tamen non est ibi panis. Nec ad olfactuz suum. q̄ putaret se sentire odorē panis q̄ vini et tamen nō est ibi panis nec vinum. Sed debet attendere ad auditū suum, quia ex auditu. Hoc est corpus meū ita est per omnia vt audiuit. Hoc signatuz est Genesis. xxvij. In ysaac quando benedixit iacob. Fuit enim deceptus suus visus, quia oculi ei⁹ caligauerant et ipsum nō cognouit. Fuit deceptus olfactus suus qui credidit sentire odorem vestimentorum esau. et erat odor vestimētorum que induerat iacob. Fuit deceptus guſtus eius, quia credebat se comedere de venatione esau. et comedebat de venatione iacob. Fuit deceptus tactus eius: quia putabat se tangere manus esau. et tāgebat manus iacob. Sed tamē auditus quo vocem iacob audiuit: non fuit deceptus immo dixit. Uox quidem vox iacob est. Sic etiam in isto sacramento omnes alij sensus preter auditum decipiuntur. Et ideo omnes fideles quando audiunt. Hoc est corpus meū ita firmiter et veraciter credere debent.

89 ℣ In die parascenes.

Sermo. j.

Siēs iesus qz ℣ ia omnia consummata sunt vt consummaretur scriptura dixit sitio. Illi aūt sponsiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerunt oi eius. Cū ergo accepisset iesus acetū dixit: consummatuz est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Joh. xix. ℵ

℣ Christ⁹ in vita sua indeis dederat multa salutifera documenta: exhibuerat multa sanctitatis exempla. Contulerat multa beneficia atq̄ miracula: sed hodie miseri iudei pro documentis dederunt christo dura ꝓba. pro sanctis exemplis dederunt ei verba duriora. pro beneficijs dederūt illi durissima crucis tormenta. Non restabat autem nisi vt vna pena. scilicet vt ipsum felle et aceto potarent. Sicut in auctoritate supra posita habetur. In qua quidem auctoritate tria ponuntur ex parte christi: et vnum ex parte iudeorum. Nam ex parte christi primo ponitur eius feruens charitas: cum dicit sitio. Secundo consummata veritas. cuz dicit consummatū est. Tertio magna pietas. cū subditur. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quarto ex parte iudeorū magna crudelitas. in hoc quod sibi ad bibendum porrexerunt acetum.

℣ Circa primum notādum quod in hoc quod iesus dixit sitio: eius feruēs charitas designatur. Non enim sitiebat aquam. sed salutem nostram. Non sitiebat vinum sed profectum nostrum. Non sitiebat aliquem liquorem, sed nostrum amorem. Uerū. Sitio ait christus nō doleo o die quid sitis? fidē vestrā, salutem vestrā: gaudiū vestrū plus animarū vestrarū quā corpis proprij cruciatus me tenet: q̄ si non mei saltē vestri miseremini. ℣ Ista aūt christi charitas tā intēsa omnes alios amores superat q̄ excellit s. amorē naturalem matrimonialem, socialem: q̄ animalem. Amor naturalis est, qui est inter patrē q̄ matrem q̄ filium. Et istum amorē: amor christi excellit. Nulla em̄ mater filiū suū intātū dilexit quantū hodie christus nos amauit. Esa. xlix. Nū quid obliuiscī pōt mater infantē suuz vt nō misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiscar tui dicit dns: ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper. Nunq̄ fuit aliqua mater q̄ tm̄ filium suuz diligeret vt nomē suū in manib⁹ suis pingi vel scribi faceret: vt sic die ac nocte me moriā ei⁹ haberet. Christ⁹ aūt die ac nocte in manib⁹ suis scriptos nos portat vt semp memoriā nostri habeat. Et illa scriptura nō fuit facta cū calamo vel atramēto: vel in pargameno: sed calami fuerūt acutissimi clani. Atramētum ei⁹ sanguis pretiosus: scriptores iudei puersi: pargamenū caro manuū christi. Scōo excellit amorem matrimonialē: qui est inter virū q̄ vxorē. Et hoc in duobus. Primo l hoc quod si vxor fornicatur: viterius a viro suo non recipit. Sed si anime nostre xp̄m sponsum deserunt q̄ diabolo adultero cōsentiūt: xp̄s eas penitētes recipit: q̄ ideo in cruce manus extensas tenet, ad inuitandum qō peccatores ad se reuersos protinus amplexat. Hiere. iij. Vulgo dicitur si dimiserit vir vxorem suam q̄ recedens ab ea duxerit virum alterum: nunquid reuertitur ad eum vltra? nunquid non polluta q̄ cōtaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cū amatorib⁹ multis: tñ reuertere ad me: et ego suscipiā te dicit dominus. Scōo amor christi excellit matrimonialem, in hoc quod si est aliqua vxor que haberet maculas i corpore vel in facie, q̄ non posset ab illis emundari nisi vir vulnerari se faceret, q̄ in suo sanguine se balnearet. vxor, non est aliquis vir qui vxorem suā intātum diligeret vt ista sustinere vellet. Anime autem nostre

que erāt christi spōse maculis peccatorū erant plene. Et ideo christ⁹ in quinq; partibus se vulnerari fecit z sanguinem suū fudit in quo spōsa sua balneauit z ab oībus maculis mundata fuit. Et hoc est qđ dicitur Ephe. v. Uiri diligite vxores vestras sicut z christus dilexit ecclesiam. et tradidit semetipsum pro illa vt eā sanctificaret mūdans eam lauacro aqua, verbo vite vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam. non habentem maculam neq; rugā aut aliqđ hmōi, sed vt sit sancta z immaculata. Tertio amor christi excellit amorē socialē que est inter amicum z amicum. Nullus homo inueniretur qđ vellet mori pro suo inimico vir autem aliquis inueniretur qui vellet mori pro amico: sed pro amico bono id est simplici z fideli z innocēter decepto forte aliquis morti se exponeret. nos aūt non eramus iusti neq; boni: sed eram⁹ impij z dei inimici z tamen christus p nobis mori voluit. Et hoc est quod dicitur Rom. v. Cū adhuc infirmi essemus christus p impijs mortuus est. Uix enim pro iusto quis moritur. Nam p bono forsitan quis audeat mori: cōmendat autē deus suam charitatem in nobis quoniā cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortu⁹ est. Posset autē dici quod christus habebat vnum amicum. s. deū patrem et vnū suum et patris inimicū. s. gen⁹ humanū. Ut igitur xps inter istos pacez faceret se mediatorem interposuit. j. Thimo. ij. Un⁹ est mediator dei z hoim homo christus iesus q̄ dedit semetipsum in redēptionem p oib⁹. Sepe enim contingit q̄ quando aliqs inter duos rixantes interponit ab vtroq; vulneratur: sic z christ⁹ vulneratus fuit a patre. Esa. liij. Propter zelū populi mei percussi eū. Uulneratus fuit etiam ab homine. zachari. xiij. Vbi plagat⁹ sum i domo eorum qui diligebant me. Quarto amor christi excedit amorem animalem qui est inter animā et corpus: anima enim intantū diligit corpus quod ab eo seperari renuit, z omnē corporis laborem fugit z vitat. Alia autē christi tm̄ alas nostras dilexit q̄ a corpore suo pro nra salute voluit separari. Joh. x. Alias meā pono p ouib⁹ meis. In tantū dilexit q̄ passa est corpus

suū cū multa leticia in ḡnq; partib⁹ lacerari: vt sic p̄cīū nostre redemptionis abūdanter effluueret. Unde in sua persona dicit propheta. Conscidisti saccū meum et circūdedisti me leticia. D

¶ Scōo ponit cōsummata veritas cū dicit: cōsummatū est. Cōsummata q̄dē z cōpleta fuerūt oia p̄dicta. s. de sua natiuitate z sua cōuersatiōe z de sua passiōe. Hodie quoq; consummatū fuit corpus suum consummat⁹ fuit z sanguis suus. Corpus quidem consummatum fuit imo consumptū qz omnia ossa sua apparebant z dinumerari poterāt. p̄s. Dinumerauerūt oia ossa mea. Nec mirum si corpus suum sic fuit consummatum qz fuit tribus disciplinis granissimis flagellatum. Est em̄ quedam disciplina q̄ fit cum virgis, z ista est fortis: quia carnē frangit. Est alia que fit cū spinis duris z acutis: ista est durior et fortior, quia vsq; ad ossa perforādo pertingit. Est alia que fit cum ferreis instrumentis, z ista est fortissima qz alam a corpore excutit. Ista triplici disciplina fuit corp⁹ xpi flagellatū: z ideo totaliter consummatū. Primo em̄ corp⁹ xpi fuit flagellatū virgis seu funibus nodosis quando pylat⁹ ipm ad colūnam fecit ligari z flagellari. z illa talis flagellatio totum corpus vulnerauit: Scōo xps fuit vulneratus cum spinis. qñ. s. spinis durissimis et acutis fuit coronat⁹. Et illa talis flagellatio scōm Bern̄. os capitis pforauit z vsq; ad cerebrū puenit. Et sm Chrys. Uide punctis capitis⁹ impleturr. Et si dicat quod nō videtur possibile quod spine capitis os tā durū potuerūt pforare. Dicēdū q̄ hoc non fuit factū sm naturā sz sm volūtatē diuinam: nec est contrariū ei qđ dr Joh. xix. os nō comminuetis ex eo: qz os eius capitis non fuit comminutum licet fuerit pforatū. Tertio fuit flagellatus cū instrumentis ferreis id est cum clauis acutis. z illa talis flagellatio alam a corpore excussit. Mat. xxvij. Jesus autē clamans voce magna sez pre nimio dolore emisit spiritū. Scōo eius sanguis cōsummat⁹ quia totus fuit a corpore euacuat⁹. E ¶ Omnia enim opera sua fecit dominꝰ in numero z pondere z mensura vt hr̄ Sap. xj. Excepto opere nostre redēptionis sibi enim non seruauit numerū vt sez vnā vel duas guttas sanguinis sui daret eīs ñ vna solo sufficeret. Nō seruauit pōdus vt sez vnā libram vel vnciā vnā effunderet. Nō seruauit mensurā: sed totū dedit totū fudit. p̄s. Copiosa apud eū redēptio. Bern̄. Prorsus copiosa: qz nō gutte sanguinis sed vnda flummis p quinq; partes corporis emanauit. F.

¶ Tertio ostenditur magna compassio z magna pietas ieo q̄ dicitur inclinato capite tradidit spm̄. Magna quidem pietas, quia in dei spm̄ christi ab eius corpe violenter cum multis supplicijs, expulerunt. p̄s. Uim faciebant qui quere. aiam meam. Ex hoc autem quod dicitur inclinato capite tradidit spm̄. Quidā volūt dicere animam principalē sedem habere in capite super hoc tamen inter sapientes fuerunt quatuor opiniones. Quidam enim dixerūt animam esse in capite z hoc propter illam autoritatem que dr Gen. j. Inspirauit in faciem eius spiraculū vite. Illa enim inspiratio nihil aliud fuit quā anime infusio. Alij dixerūt ipsam esse in corde, z hoc propter illā autoritatem que dicitur Matth. xv. De corde exeunt male cogitationes. Cum enim cogitationes exeunt ab aia sic cogitationes exeūt a corde: ergo anima est in corde. Unde Hiero. sep ſola ad fabiolā. Quoris vbi principale sit aie plato in cerebro: christus monstrat in corde. Alij dixerūt ipsaz esse in sanguine: z hoc propter illud qđ dicitur. Leuit. xvij. Anima omnis carnis in sanguine est. Alij dixerunt ipsam esse in toto corpore z in qualibet parte totā, z hoc propter illud. ij. Reg. j. Adhuc tota anima mea est in memetipso: non enim dixit: est in capite meo, vel in corde, vel in sanguine meo: sed in memetipso, id est in corpore meo. G

¶ Judei igitur volentes animam christi crucifigere: videntur istas quatuor opiniones saltē ipso facto scisse. Primo ipsaz animam crucifixerunt in capite: quia fuit spinis coronatum. Ansel. Coronatus incedebat: sed ipsa sua corona, crucians est, quia mille puncturis eius speciosissimam verticem vulnerauerunt. H

¶ Secundo crucifixerūt ipsam in corde

sez quando fuit iuxta: cor in latere vulneratus: vt si sibi forte anima remāsisset: cruciatum sentiret verū cū triplex sit amor, sez sermonis, cordis, z operis christus ostenderat nobis sermonis amorem in sapienti predicatiōe: amorem operis in miraculorū exhibitione: quid restabat nisi ostenderet: amorem cordis quē ostēdit in lateris apertione. Bern̄ Clau⁹ penetrans, clauus reserans factus est mihi quid videā per foramen clamat clauus: clamat vulnꝰ quod deus ver⁹ est in christo mundum sibi reconciliāns. Tertio cruciauerunt eius animam in sanguine scilicet quando clauis acutis venas aperuerunt z totum sanguinem cum doloribus extraxerunt: ita quod corpus eius remāsit in cruce totum aridum sicut lignū. Unde p̄s. Aruit tanq; testa virtus mea. Iterum ossa mea sicut cremium aruerunt: z assimilat: corpus suum christus cremio z teste: nā testa que prius erat humida postmodum ab igne fit arida. Similiter cremium est lardum adustum a quo omnis pinguedo recessit, sic corp⁹ christi in cruce fuit sicut testa: quia ab omnibus suis humoribus fuit exiccatum z fuit sicut cremium, quia toto sanguine suo fuit euacuatum. I

¶ Quarto afflixerūt animam in toto corpore: qz a planta pedis vsq; ad verticem non fuit in eo sanitas. Cruciatus fuit in toto corpore. s. in parte suprema, media et infima: nam in parte suprema fuit spinis coronatus: in media fuit ad columnā ligatus z flagellatus in infima fuit pedib⁹ perforatus z cruci affixus: vbi magnum dolorē sensit: z qz locus erat neruosus, z qz vnus pes superalium positus: et qz grossis clauis perforatus, et qz intendebatur clauatis pedibus totum corp⁹. K

¶ Quarto ponit ex parte iudeoꝝ magna peruersitas, qz os xpi aceto potauerūt. Due magne rusticitates ozi christi hodie facte fuerunt. Una est qñ acetum sibi dederūt bibere. Secūda quādo indas ore suo turpissimo os christi sanctissimū osculari presumpsit: sic hodie duas rusticitates multi faciunt ozi christi. Quidā em̄ adhuc dāt sibi acetū. i. opera prava. p̄s. Exacerbauit dominū peccator. Cū cū

christi oꝛi deberēt dare vinū suane id est opera bona deoꝛ placita dāt sibi acetū id est opera mala ⁊ acerba. Esa. v. Expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas.

¶ Secundo sunt adhuc quidam cū iuda qui os christi osculantur. Quatuoꝛ enim persone christum osculate fuerunt nam ipsum osculata fuit mater eius: quādo cum infantē in suis brachijs baiulabat: sepe ipsum osculabat ⁊ hoc in signū amoris. Osculatus est eū etiam symeon quando sc̄z in vlnas suas eum accepit et istud osculum fuit signū reuerentie ⁊ honoris. sicut quādo quis manꝰ vel pedes episcopi osculatur. Osculata fuit eaz maria magdalena: hoc in signū reconciliationis sic, quādo inimici ad pacez veniūt se mutuo osculantur. Osculatus fuit eum iudas: ⁊ hoc in signum proditionis fecit ioab osculatꝰ est amasan. ij. Reg. xx. Qui cunqꝫ igitur hodie osculatur christum videat qualiter osculetur. Ille enim q̄ nullum hz odiū ⁊ rancorem sed ad deum et proximum sincerum amorem osculat eū maria. Ille q̄ ad xpi passionē multa renetentia ⁊ deuotione ⁊ lachrymarū effusione afficit: osculat eū symeone. ille q̄ prius erat deo inimicꝰ. sed in ista quadragesima est sibi recōciliatus osculatur eū magdalena. Ille qui hodie crucifixum osculatur ⁊ in pascha in mēsa altaris eū christo epulatur: ⁊ post pascha ad peccata reuertitur: osculatur eū iuda proditore: magna enim proditio est hodie christo osculum dare ⁊ in paschate in mēsa christi comedere, ⁊ postea de domo coꝛdꝫ sui christum expellere ⁊ inimicum christi capitalem id est demonem in coꝛ sunm introducere. Talibus christꝰ potest dicere illud quod dicitur in ps. Tu vero homo vnanimis dux meus ⁊ notꝰ meus qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambu. cū cōsen. Et sequitur, veniat mors sup illos ⁊ descēdent in infernū viuētes.

90 ¶ Eodem die scilicet parasceues.

Sermo secundus.

Aspice ⁊ fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exodi. xxv. Christꝰ est tanꝗ liber exēplaris ad cuius exemplum totā vitam nostram debemꝰ deducere ⁊ ipsaz corrigere. Ecclesia quoqꝫ officia sua ⁊ obseruātias suas ab isto libro extraxit: maxime autem in hac die ecclesia in officio multa mystica facit que ab illo libro extraxit ⁊ ideo supradictum verbum potest esse verbum dei patris ecclesiam alloquentis ⁊ dicentis inspice ⁊ fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratum est. A

¶ Videamus igitur que sunt ista misteria que ecclesia hodie facit ⁊ q̄ ab isto libro extraxit. Primuz est: quia altaria sunt denudata altare quidem est christus qui hodie fuit suis vestib⁹ denudatꝰ. Habebat enim christꝰ tria genera vestimentoꝝ. Primo habebat vestes materiales q̄s ferebat, sicut ceteri homines, istę fuit denudatꝰ Uñ. ps. Diuiserūt sibi vestimēta mea. Habebat enim vestimentū sc̄z corpꝰ propriū quod est anime vestimentū. isto vestimento hodie anima christi fuit spoliata ⁊ suo corpore denudata. Johānis. xix. Et inclinato capite tradidit spm̄. Habebat etiaz vestes spūales. i. suos apl̄os q̄ xpz vestiebāt ⁊ ornabant. Esa. xlix. Uino ego dicit dñs qz his oibus velut ornamēto vestieris. Istis vestibus fuit christus denudatꝰ qz fuit ab oib⁹ apl̄is derelictꝰ. Joh. xvj. Ecce venit hora ⁊ iā venit vt dispergamini vnusq̄sqꝫ i ꝓpria ⁊ me solū relinq̄tis. B

¶ Scōm est qz ecclia tribus diebus mortē christi plāgit tenebras facit ad imitandum q̄ sol tribꝰ horis tenebris se induit ⁊ mortem christi deplanxit. Uel ad imitandum q̄ triplex creatura mortez christi deflevit sc̄z pure corporalis: sicut terra q̄ cōtremuit: ⁊ sol qui obscuratꝰ est. Pure spiritualis sicut angeli. Esaie. xxxiij. Angeli pacis amare flebūt. Et cōposita. sicut homo videlicet apostoli ⁊ sancte mulieres. Uel tribus diebus ois ecclesia plāgit: eo quod tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibus christus mortuus iacuit. C

¶ Tertiuz est q̄ campane nō pulsantur: ex eo q̄ omnes campane hostie siluerūt. Christus enim habebat duodecim cāpanas, id est duodecim apl̄os. Quarū vna penitꝰ fracta fuit. s. iudas. Et remāserūt vndecim. Inter q̄s erat vna ceteris grossior scilicet petrus: qui semel taz alte sonuit q̄ eius sonus super angelos ascēdit quādo dixit Mat. xvj. Tu es christꝰ filius dei viui. Ista campana hodie sonū perdidit q̄n christū negauit. Similiter ⁊ ceteri apli sonū perdiderūt q̄n christū reliquerunt. Alia cāpana fuit christꝰ que in hac vita nō cessauit sonare, id est predicare. Tandem eleuata est in campanali crucis ⁊ sibi dedit sonū pie cōquestioni in auribus patris cū dixit. Matth. xxvij. Deus meus deus meus vt q̄d dereliquisti me. Dedit sonū amoris in auribꝰ matris cū dixit Johā. xix. Mulier ecce filius tuꝰ. Dedit sonū magni doloris in auribꝰ humani generis cū dixit. Treñ. j. O vos oēs q̄ transitis per viā: attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Tantum sonuit ista cāpana q̄ ranca facta fuit. ps. Laborauī clamās rauce facte sunt fauces mee. Tandē ista cāpana fuit fracta ⁊ in quinq̄ partes perforata: ⁊ tū omnino siluit ⁊ sonum dimisit. Alia cāpana fuit virgo beata que tam dulciter sonuit q̄ filius dei ad eius sonū venit: quādo ipsa dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi ꝛc. Taz dulciter sonuit q̄ Johanes baptista ad eius sonū in vtero mris tripudiauit. Ista cāpana hodie ferro doloris pforata fuit: ⁊ ideo sonū pdidit. Luce. ij. Et tuā ipsius animaz pertrāsibit gladius. Alia cāpana fuit vniuersitas crestinaz q̄ dat triplex sonū. Qz p̄dicat dei potētiā: ex sua magnitudine. Dei sapiētiā ex suo ordine. Dei bonitatē ex sua bonitate. Ista cāpana hodie in tātum siluit q̄ ex toto cōfusa fuit. Bernar⁹. Ad hoc peccatum expauit tota machina mundi: ⁊ fere in antiquū chaos redacta sunt vniuersa. Uñ etiā philosophi videntes eclypsim solis cōtra naturam fieri dixerunt, aut ordo nature puerit, aut elemēta mētiūtur, aut de⁹ nature patit ⁊ elementa sibi compatiuntur. D

¶ Quartum est: qz tabule hodie perciuntur. Ista autē percussio tabule repzesentat clamorē crucis qui clamat indeorum malitiam et christi innocentiā. Secūdo reꝑsentat clamorē sanguinis qui clamat pro nobis ⁊ contra nos. Nam ꝓ nobis clamat: petēs a patre miaz. Heb. xij. Accessisti ad sanguinis aspersionē melioꝛ loquentē q̄m abel. Clamat adit contra homines terrenos. Job. xvj. Terra ne operias sanguinē meū, neq̄ inueniat locū latēdi clamoꝛ meꝰ. Latet em̄ sanguis xpi in eoꝝ memoria qn̄ habēt de eo recordationē. In eoꝝ intelligētia: qz nullaz habēt meditationē. In eoꝝ pollūtate qz nullā hñt deuotionē. Tertio sonꝰ tabule repzesentat sonū q̄ fuit i inferno. fiē dē xps claustra ifernalia ꝓfringebat. ps. Qui cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos ꝓfregit. Angeli valenter clamabant. Tollite portas ꝓncipes vras ꝛc. Scti pres iubilabāt. Dānati q̄ ibi relinquebantur flebāt. Demones vlulabāt. Et si cōmixtus erat sonꝰ flētiū: ⁊ sonꝰ gaudētiū ꝓmo. Exdre illi. Nō poterat cognoscere quisq̄ vocem clamoris letantiū: ⁊ vocē fletus populi. Quarto sonus tabule repzesentat ꝛeptum armoꝝ quē fecerūt iudei in captione christi. Exiernnt em̄ ad ipsum capiendum cum armis, fustibus, lāternis, ⁊ gladijs. Quinto sonus tabule sit ad excitandum tristitiam ⁊ merorem. Hodie quidem ecclesia omnes sonos letitie tacet: ⁊ facit tristitie sonos. Nam tacet sonū campane: ⁊ facit sonū tabule. Tacet letationes: ⁊ facit lamētatiões. Tacet cāt⁹ letitie ⁊ dicit cātus meroris ⁊ tristitie. E

¶ Quintum est quia passiões aliorū sanctoꝝ celebramus cum gaudio: passionē autem christi agim⁹ cum lamento. Cuius ratio est: qz alij sancti passi sunt ꝓpter se, vt scilicet q̄ suā passionē acquirerant gloriā celestem. Et ideo in sua passiõe ex eo gaudemus q̄ ad eternā beatitudinez pernenerūt. Christus autem non est passus ꝓpter se vt scilicet gloriā acquireret quā habebat: sz ꝓpter peccata nostra delenda. Alia ratio est quia fleuit hodie sol quādo obscuratus est. Fleuit terra quando contremuit. Fleuerunt sancte mulieres. Luce. xxiij. Filie hierusalē nolite flere sup me. Fleuerūt apostoli. Undelectat. Tristes erāt apostoli ō nec sui domini. Fleuit petrꝰ. Mat. xxvj. Egressus foras fleuit amare. Fleuit beata ✠ go doloris gladio pforata. Fleuit christus. Mat. xxvi. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Flenerunt angeli. Esaie. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Fleuisset si

possibile fuisset deꝰ pater videꝫ filiū suū tā ignominiose tractari. Ergo inter tot flentes nullus debet gaudere. F

¶ Sextum qꝛ missa hodierna non habet principiū nec finē: quia introitus nō dicitur, nec cuꝫ Benedicamꝰ domino finitur ad innuendum ꝙ qui est principium ꝛ finis a nobis recessit. Et etiaꝫ ille qui est in tribulatione nō indiget benedictiōe: sed compassione. Et ideo nō dicitur Benedicamus domino. Non habet etiā ista missa mediū: quia sacra ostia non consecratur, ex eo ꝙ vera hostia, id est christus est hodie oblata. B

¶ Septimuꝫ est qꝛ circa crucē ter genua flectimus vt illuꝫ honoremus qui ter fuit pro nobis illusus, scilicet ab herode qui vere alba induit eum. A militib⁹: qꝛ ipm spinis coronauerunt. Et a iudeis qui sibi in cruce existenti insultauerūt. Facim⁹ etiam ipsaꝫ officium in lingua greca ꝛ latina: quia ille due lingue ipsum cūfitētur ꝛ adorāt. Linguavero hebraica ibi silet: quia iudei christum non confitentur. H

¶ Octauum est quia ante crucem totaliter nos prosternim⁹ ꝛ postea osculamur. Ipse enim ꝓpter nos se ꝓstrauit vsqꝫ ad terre susceptionē. Phili. ij. Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs Usqꝫ ad terre habitationē. Baruth. iij. Post hec in terris visus est: ꝛ cum hominibus cōuersatus est. Usqꝫ ad terram per mortis dejectionē. Hyerem. xlvj. Fortis impegit in fortē ꝛ ambo pariter corruerūt. Usqꝫ ad terre penetrationē. Eccli. xxiij. Penetrabo inferiores parētes terre ꝛ inspiciam omnes dormientes: ꝛ illuminabo omnes sperantes in domino. I

¶ Nonū est quia hodie ecclesia pro omnibus orat. Cuius ratio est: qꝛ hodie xps fuit valde pius in parcēdo. quādo dixit. Luc. xxiij. Pater dimitte illis: qꝛ nesciunt quid faciūt. Fuit valde liberalis i largiē do: qꝛ ad modicam petitionem dedit latroni celū. Fuit valde largus i donādo: quia nō guttā sed totum sanguinem pro nostra redēptiōe dedit. ps. Apud dominum misericordia: ꝛ copiosa apud eū redemptio. Ideo ecclesia ad similitudinez christi est hodie multum liberalis in orādo: ꝛ multum pia in parcendo. K

¶ Decimum est quia hodie fideles ecclesias omnes ꝛ altaria sanctorū visitare cō sueuerūt. Cuius ratio triplex est. Prima est quia illa talis visitatio representat visitationem apostoloꝝ ꝛ sanctarū mulierum que crebro sepulchrū domini visitabāt. Secunda: qꝛ christus hodie omnes sanctos qui fuerunt a principio mundi vsqꝫ tūc presentialiter visitauit dum ad lymbum descēdit. Luc. j. Uisitauit nos oriēs exalto. Tertia ratio est: quia sancti debēt hodie esse liberales: qꝛ hodie de carcere fuerūt liberati. Si quis eīm de carcere liberaretur ꝛ ad imperium sublimaretur illum diē multū diligeret: ꝛ in illa die multum, liberalis esset. Merito igitur fideles sanctos hodie visitant: vt ab ipsis de carcere liberatis ꝛ in imperium celeste sublimatis beneficia obtinere valeant.

Enit maria magdalena, ꝛ altera maria videre sepulchrū. Mat. vlt. A ¶ Magna dignitas est septimi diei eo ꝙ sabbatū appellatur: qꝛ in eo tota trinitas requieuit. Nā pater in opere creationis qō fuit op⁹ infinite potētie ꝛ attribuit patri: requieuit ab omni opere qō patrauit. Filiꝰ in ope recreatiōis qō est op⁹ sapientie ꝛ attribuit filio: requieuit in monumento inuolut⁹ syndone. Spiritussanctus requieuit hodie in virgine. quia ceteri apostoli ꝛ mulieres a gratia spiritussancti ceciderunt. In virgine autem ipsa gratia fides firma pmānsit. Quia igit hodie christus in sepulchro requieuit: ideo sancte mulieres frequēter ipsum visitabant, modo vt corpus eius vngerent, mō vt ipm mortuuꝫ deflerent, modo vt ipsum sublatum inquirerēt. Ideo dicit in auctoritate premissa. Uenit maria magdalena ꝛc. Circa igitur sepulchrū domini tria sunt notanda. Primo ꝙle fuit eius sepulchrū. Secō qualis fuit eius sepultura. Tertio ꝙliter nos cum eo sepeliri debemus. B

¶ Circa primū notandum ꝙ sepulchrū christi fuit nouuꝫ: sicut dicitur Mat. xxvij.

Et hoc fuit triplici de causa. Primo ne crederetur ꝙ non ipse, sed alius surrexisset. Istam rationem tangit Ambrosius in libro de virginibus, dicens. Beatus Matheus monumentum nouum d ritine ex monumēto vereri alius surrexisse crederetur. Secō propter reuerentiā xpi. Istā rationē assignat Aug. dicēs. Sicut i vtero marie nemo ante eum, ꝛ nemo post eū fuit: ita, etiaꝫ in isto monumēto nullus ante eum nullꝰ post eū fuit. Tertio ad significandū ꝙ qui christi corpꝰ vult recipere debet habere nouitatem in corde. Corpꝰ quidem nostrū modo est nouū in iuuentute modo vetustū i senectute: modo putridum in morte. Spiritus autez non debet aliter variari: sꝫ debet semper in melius renouari. C

¶ Sunt tamē quidā quoꝝ spiritus est vetustus per peccati malitiaꝫ. Unde monet ps. j. Coꝝ. v. Expurgate vet⁹ fermētuꝫ vt sitis ꝛc. Alij sunt quoꝝ spiritꝰ est putridus per cōsuetudinē longā. Johel. j. Cō putruerūt iumēta sua in stercore suo. Alij sunt quoꝝ spiritꝰ est nouus semp ꝓ puritatem cordis ꝛ mūditiā. Unde dicit apostolus. ij. Coꝝ. iiij. Licet is qui foris est noster homo corrūpatur: tamē is qui intus est renouatur de die in diē: talis ꝙ habet istā nouitatē dignus est recipere corpus xpi. j. Coꝝ. v. Epulemur i azimis sinceritatis ꝛ veritatis. D

¶ Secō sepulchrū christi nō fuit suū proprium sed alienū, ꝛ hoc tribus de causis. Primo ad ostendēdū ꝙ nō debebat deteri a morte, istam rationē tāgit Ambro. i libro de virginib⁹ dicēs. Bene secūdū terrā alienū fuit monumētum christi habitant tumulū qui sub lege sunt mortis vt mortis nō habuit tumulū non enim ille sepulchruꝫ mortis desiderabat qui de morte triumphō querebat. Idez in libro sermonum. Ut quid illi sepulchrum ꝙ tri duo tēporis spacio nō tam in sepulchro mortuus iacuit qꝫ velut in lecto dormiēs quieuit: ipsa eīm temporis brevitas declarat potius summum fuisse qꝫ mortē. Secūdo ad ostendēdū ꝙ nō pro sua sed pro aliena salute moriebatur Ambro. Iā in aliena sepultura dominꝰ iacuit quia pro aliena moriebatur salute vt quid illi propria sepultura. qui in se proprisam mortē nō habebat. Tertio ad ostendendū suaꝫ paupertatem sicut enim in aliena voluit nasci ꝛ in aliena domo conuersari, sic in alieno monumento voluit sepeliri Mat. viij. Vulpes foueas habent ꝛ volucres celi nidos. Filius aūt hominis nō hz vbi caput suuꝫ reclinet. ac si dicat. nec in morte mea habui sepulturam nec in vita mea habui mdū id est domum in qua possem commorari: nec in nativitate habui lectū in quo a matre mea potuerim reclinari. E

¶ Tertio monumentum fuit grandi lapide sine laro clausum cuius triplex est ratio quarum due principaliter sunt literales, tertia est mystica. Prima est ne ipse locus bestijs esset apertus. Secundam rationem tāgit glossa dicens aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti vt non posset aperiri sepulchrum, sine auxilio multorum. Tertia ratio est mystica, per hoc enim insinuatur quod illi qui corpus christi debent suscipere debent esse clausi ne peccatum in eorum corda possit intrare. F

¶ Sūt aūt quatuor sara q̄ a corde debēt aduolui ne petrā possit itrare vt dē Bern. s. pudor timor dolor ꝛ amor. Multi eīm sunt q̄ ꝓpter pudorē hominū dimittunt peccare. Alij sunt qui cessant a petis propter immēsitatem doloris quā habēt de ipsis peccatis. Alij sunt q̄ vitant peccare propter timorē pene eterne, ne ipsam incurrant. Alij propter amorem glorie ne ipsam pdāt. Ista sunt quatuor sara in gētialque debēt monumentum cordis claudere ne illō alīq̄ peccata possint intrare. Dicit tamē idē Bernardꝰ ꝙ duo ꝑma. s. pudor ꝛ dolor nō sunt fortia multum ad resistendū: qꝛ sepe pudor solatium capit de peccātum multitudine, dolor, de aliqua huius mundi consolatione, validissimuꝫ aūt ad resistendū peccatis: amor dei est viris perfectis: imperfectis vero timor supplicij. B

¶ Quarto monumentum Christi fuit monumentuꝫ isti, id est ipsius Joseph q̄ erat vir iustus ꝛ bonus, dicitur Luce. xxiij. Uoluit autem Christus sepeliri nō monumēto p̄latī, sed iusti. Primo ad ostendendū quod ¶ hristus non requieuit nisi in cor-

de iuſti. Unde Ambroſius ſuper Lucaz. Bene Chriſtus in monumẽto iuſti voluit ſepeliri vt habeat filiꝰ hominis vbi caput ſuũ reclinet. Xp̃s em̃ nõ requieſcit in animo auari, cũ ſit ſpinoſus: ſz nec in animo luxurioſi cũ ſit lutoſus: nec in animo ſuperbi, cũ ſit ventoſus: ſed in animo iuſti, cũ ſit floridus, vxta illud Canticoꝝ primo. Lectulus noſter floridus. Secundo ad innuẽdum, q̃ nõ debeat ampliꝰ p̃ peccatoribus immolari. Natꝰ em̃ fuit inter duo animalia: qz homines beſtiales facturus erãt ſpirituales. Uixit inter peccatores vt eos iuſtificaret, mortuꝰ eſt inter latrones vt vnũ lucrifaceret: ſed hodie requieuit in monumento iuſti, nõ eniz voluit ampliꝰ peccatoꝝ conſortia, qz p̃ peccatis ampliꝰ moritur̃ non erat. Ro. vj. Chriſtꝰ reſurgẽs ex mortuis iam non moriẽ: mors illi vltra iam non dominabitur. Tertio ad innuendum q̃ licet in hac vita ſint mixti boni ꝛ mali poſt mortẽ tñ per ſe erũt boni ſcilicet in celo ꝛ per ſe erunt mali ſcilicet inferno, ꝛ per ſe erunt mediocriter boni ꝛ mediocriter mali; ſcilicet pueri qui erunt in lymbo. Secundo videndum eſt qualiter chriſtus fuit tumulatus: nam ipſe fuit ſyndone inuolutus: vt dicit Luc. xxiij. Fuit vnguẽto cõfectꝰ ex myrrha ꝛ aloes inunctus vt a putredine ſeruaret. vt hꝫ Jo. xix. Fuit linteis cũ aromatibus ligatus. vt habeẽ ibidẽ. ℣ ℣ per iſta aũt ſignificant illa que debẽt habere iſti q̃ corpus xp̃i volũt recipere. Corpꝰ enim chriſti dicimus eſſe tãꝫ candorem eternũ. Sap. vij. Candor eſt eniz lucis eterne tãꝫ panẽ angelicũ. ps. Panem angelorũ manducauit homo, tanꝫ carbonẽ diuinũ. Joã. damaſcenus. Diuinũ carbonem aſſumamus vt ignis eius quod eſt in nobis ſancti deſiderĩ aſſumẽtes eum que ex carbone agnitionis inflãmet noſtra pectora: ꝛ illuminet corda noſtra, eſt enim tanꝫ celeſte electuariũ q̃ confecit celeſtis vnguentarius faciẽs pigmata ſanitatis, in quãtũ igitur corpꝰ chriſti eſt candor eternus requirit magnã mẽtis puritatẽ, ꝛ hoc ſignaꝫ per ſyndonem mundã. Uñ dicit ibi glo. Syndone munda inuoluit ieſum q̃ pura mente eũ ſuſcipit: in quantũ eſt panis angelicꝰ debet recipi cum deuota oratione, hoc ſignaꝫ per aromata. Apoc. viij. Aſcẽdit fumus aromatũ, id eſt incenſoꝝ dẽ orationibꝰ ſcõrum de manu agni coram deo: in quãtus eſt carbo diuinus debet recipi cũ mente ab omni humore vitioꝝ deſiccata: ſicut em̃ ignis non inflãmat ligna humida ſz deſiccata: ſic ꝛ carbo diuinus non inflãmat corda niſi que inuenit ab humoribꝰ vitiorum deſiccata. ꝛ illud ſignificaꝫ per aloes qui habet virtutẽ deſiccatiuam: in quãtũ eſt celeſtẽ electuariũ requirit corda a cibis noxijs, id eſt a peccatis euacuata ꝛ illud ſignificaꝫ p̃ myrrã q̃ eſt amara et ſignificat contritionem que omnia peccata expellit ꝛ euacuat. 3

℣ Tertio videndũ eſt qualr̃ debemꝰ cum xp̃o ſepeliri ſpũaliter. Dicit apl̃s Roñ. vj. Conſepulti em̃ ſumꝰ cũ xp̃o. Sepulchrũ aũt illud in quo debemꝰ ſepeliri eſt ipſa religio: in qua ipſe religioſus ſpũaliter dz mori ꝛ ſepeliri. Aſſimilari autem dz religioſus mortuo: q̃tũ ad plura. ℣ Primo q̃tũ ad cenſum. Sicut em̃ mortuus nihil habet proprium ſic ꝛ religioſus nihil ſibi debet retinere: ſed in cõmuni diuidere: quilibet laicus debet dicere illud Job. j. Nudꝰ egreſſus ſum de vtero matris mee ꝛ nudꝰ reuertar illuc. Religioſꝰ aũt dz eſſe nudꝰ in ingreſſu vt nihil ſibi retineat: nudus i pgreſſu vt nihil poſſideat: nudꝰ poſt egreſſum vt nihil in morte poſt ſe relinquat. Secũdo dz aſſimilari q̃tũ ad ſenſum ꝛ motũ: ſicut em̃ mortuꝰ priuaꝫ ſenſu ꝛ motu: ſic ꝛ religioſus dz eſſe mortuus q̃tum ad delectationes qui ad ſenſum carnis ptinent: ꝛ ſicut mortuus non moueꝫ motu proprio ſed alieno, ſic verꝰ religioſus nõ dz duci motu ꝓprie volũtatis, ſed ad imperiũ ſui ſuperioris ſeu rectoris: ꝛ ſicut mortuus ſe monẽti nõ cõtradicit: ſic ꝛ religioſus debet ꝑlato ſe regenti non contradicere: ſz in omnibꝰ obedire. Undeb̃r Eſa. l. Dominus aperuit in aũt̃: ego autem non contradico, retrorſuz nõ abij. Tertio dz aſſimilari q̃tũ ad domicilium: qz ſicut mortuus claudit in ſepulchro, ſic religioſus dz eſſe clauſus in claſtro. ꝛ ſicut mortuꝰ non exit de monumento niſi ad iuſſionẽ dei quando ſibi dicetur. Surgite mortui, venite ad iudiciũ: ſic nec religioſi debent exire claſtrũ ſine iuſſione prelati: ꝛ ſicut mortuꝰ non murmurat quãdo trãſfertur de monumento in monumentũ: ſic nec religioſꝰ debet murmurare, quãdo tranſferꝝ de monaſterio in monaſterium. Quarto marie debet aſſimilari morti xp̃i iuxta illud. Roñ. vj. Si cõplãtati facti ſumus ſimilitudini mortis illiꝰ. ſ. xp̃i: ſimul ꝛ reſurrectionis erimꝰ. In morte xp̃i aia fuit a corpore ſeparata, tñ aia ꝛ caro, dei fuerũt vnite, ſic in vero religioſo aia debet ſepari a carne. ſ. vt carni nõ cõſentiat in aliquo amore carnali, aia tamen ꝛ caro debẽt deo eſſe vnite: aia p̃ amorẽ, caro p̃ incorruptionem, vt poſſit dicere cuz propheta. Cor meum ꝛ caro mea exultauerunt in deum viuum.

92 ℣ Eo dem die, ſcilicet ſabbato paſche. Sermo ſecundus.

Aſciculus

myrrhe dilectus meus mihi iter vbera mea cõmorabit, botrꝰ cypri dilectus meꝰ mihi in vineis engaddi. Cãti. j. A ℣ Virgo beata in chriſti paſſione multũ habuit amaritudinẽ, iõ dicit faſciculꝰ myrrhe ꝛc. In ſua aũt reſurrectione multũ habuit letitiã ꝛ exultationẽ: nõ ſubdit, botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mihi in vineis engaddi. In cypro ei naſcit vinũ optimũ, qđ eſt letificatiuũ. In vineis engaddi, naſcit balſamũ odoriferũ. Dicit ergo ℣go btã dilectꝰ meꝰ fuit myrra amaritudinis in ſua paſſiõe, ſz fuit mihi vinũ iocũditatis ꝛ balſamũ odoris in ſua reſurrectione: ꝛ ſic ꝑz q̃ in verbis ꝓpoſitis duo tãgũtur ſz amaritudo doloris quã btã ℣go habuit in filij paſſione ꝛ gaudiũ cordis qđ habuit in ei reſurrectione. Circa primũ tãgunt tria. Primo magnitudo amoris, ex dicit dilectꝰ meꝰ. Secũdo magnitudo doloris cũ dicit faſciculꝰ myrrhe. Tertio magnitudo deuotionis: cũ dicitur, inter vbera mea commorabit. ℣ Circa primum notandũ q̃ beata virgo dilexit filiũ ſapienter ꝛ diſcrete: qz ſaluationem humani generis propoſuit paſſioni filij ſui quãtus eũ intime diligeret quãtus ſciret q̃ ipſe i ſua paſſione multos dolores haberet, nũq̃ tñ voluit ſibi diſſuadere ipaz paſſionem propter humani generis ſaluationem. B

℣ Notandũ aũt q̃ in corde virginis pugnabãt duo amores ꝛ duo dolores: duo amores erãt amor filij, ꝛ amor humani generis. Amor filij nolebat chriſtuz pati amor humani generis volebat ipſum pati, ſed amor generis humani ſuperauit amorẽ filij. Sic̃ pugnabãt duo dolores: ſcz dolor quẽ habitura erat de morte filij: ꝛ dolor quẽ habebat de noſtra pditione, ſz dolor quẽ habebat de noſtra pditione ſuperauit dolorẽ quẽ habitura erat de morte filij. Uñ poterat dicere cũ apl̃o illud quod dicit. Philip. j. Mihi viuere chriſtus eſt ꝛ mori lucrũ, acſi dicat vita filij mei vita cordis mei eſt: mors vero ſua eſt lucrũ generis humani. Secũdo ponit magnitudo doloris ſui, cũ dicit faſciculus myrrhe. Myrrha em̃ eſt amara. faſciculꝰ igit myrrhe eſt collectio paſſionum chriſti quarũ conſideratio magnuz preſtabat ſibi dolorẽ, ipſe aũt dolor cauſabatur in ea ex ratione filij: ꝛ ex ratione ſui ex ratione ſupplicij. C

℣ Cauſabatur quidẽ in ea dolor ex ratione ſui qz mater erat: ꝛ naturaliter dolet mater de afflictione filij. Secũdo ex eo q̃ erat tota mater quando enim dolor diuidit in multis, immor inuenit in ſingulis, ſicm̃ aliqua mater filiũ amittit, dolorez ſuũ cum patre cõdiuidit, ꝛ ideo talis dolor ex tali diuiſiõe quodãmodo minuit. Virgo aũt beata cũ nullo dolorẽ ſuum diuidere potuit qz nullus pater ibi erat. Tertio ex eo q̃ erat vnicꝰ matri. Si aliq̃ mater filiũ perdidit cõſolationẽ accipit quando alios habet vel habere ſperat: virgo aũt maria nullum habebat aliũ, nec ſe habere ſperabat, vnde poterat dicere illud. ij. Reg. j. Sicut mater vnicum amat filiũ ita te diligebaz. Quarto ex eo q̃ preſens erat ad videndũ: quando aliqua mater audit filiũ ſuum mortuũ multũ dolet ſed quãdo horribili morte ipm audit fuiſſe occiſum magis dolet, quãdo vero ante oculos ſuos, videt filiũ ſuũ occidi matre dolet. Virgo igitur beata immenſo dolore vulnerabaꝫ quando vide-

bat filium ſuum occidi ⁊ horribili morte necari: ⁊ ante oculos ſuos hec omnia fieri. Quanto ex eo q̄ erat ad adiuuandū impotens, magna conſolatio eſt alicui mīq̄ filiū ſuū in morte oſculari ⁊ amplexari ⁊ adiuuare poteſt hec aūt in nullo filiū ſuū poterat tūc adiuuare, audiebat enīz eū ſitire ⁊ non poterat ei potum porrigere, videbat ipſum vulneribꝫ plenū ⁊ non poterat vulnera alligare, cōſpiciebat ipz ſanguine plenū ⁊ non poterat linteo extergere, videbat ipſum male captū tenerī ⁊ ipſum non poterat liberare, videbat ip̄m caput male tenentē ⁊ non poterat ſuſtētare. videbat ip̄m in cruce flentē ⁊ non poterat lachrymas extergere, videbat ipſum expirāſſe ⁊ nō poterat amplexari nec oſculari, videbat ſanguinē in terra affluere ⁊ nō poterat recolligere: ⁊ iō poterat dicere illud .j. Reg. .j. Mulier infelix nimis ego ſum. Sexto ex eo q̄ nullū habebat adiutoriū quia omnes apoſtoli cā reliquerāt, iō nō habuit nec ipſa nec filius adiuuantē in tribulationibus illis. Eccli. .ij. Reſpiciēs eram ad adiutoriū hominū ⁊ nō erat nec aliquē cōpatiētez. ps. Suſtinui q̄ ſimul cōtriſtaret ⁊ nō fuit, nec aliquē conſolantem. Unde ſequit qui cōſolaretur ⁊ nō inueni. Secundo cauſabat ille dolor in ipſa ratione filij multū eīm dolet mater quando amittit filiū bonum ⁊ ſapientem, ⁊ ſibi in omnibus obedientem, ipſa vero amittebat filiū de quo ipſa dicit. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ ſancte ſpei. Amittebat q̄dē matrē taz dulciter diligētē: ideo dicit. Ego mater pulchre dilectionis, filiū matrē tam humiliter reuerentē ⁊ filialiter timētē, ideo ſubdit, ⁊ timoris, filium in cruce matrem tam feliciter agnoſcentem, ideo ſubditur, ⁊ agnitionis, filiū erga matrē tam pium ⁊ clementem ideo ſubdit. ⁊ ſancte ſpei. D

¶ Tertio cauſabat ipſe dolor rōne ſuppliciꝫ, videbat enim filiū ſuū pati penam ignominioſam: q̄ inter duos latrones tanq̄z latro fuit poſitus penā acerbā in locis neruoſis ⁊ maxie ſenſitiuis fuit vulneratꝰ ⁊ perforatꝰ, penam diuturnam, q̄ ab illa hora noctis q̄ captus fuit vſq̄ ad horam nonā qua expiranit in ſuppliciꝭ ⁊ doloribus ſemper fuit penā inimā quia ſicut dicitur .j. Pet. .ij. peccatū non fecit nec inuētus eſt dolus in ore eius. Et quia virgo beata fuit tanta amaritudine plena, poterat dicere illud Ruth. .j. Nolite me vocare noemi, id eſt pulchram: ſz vocate me marath, id eſt amaram: q̄ amaritudine replenī me omnipotens. E

¶ Tertio ponit magnitudo ſue deuotionis cū dicitur. Inter vbera mea commorabitur. In anima tria ſunt vbera: ſcz memoria, intelligētia ⁊ voluntas. Inter iſta tria vbera beata Ygo iſtū faſci culū myrhe, id eſt collectionē penarū filiī ſui portabat. In memoria per cōtinuā recordationē. In intelligentia per aſſiduā meditationē. Et in voluntate per melliflua deuotionem. Secundo ponitur magnitudo gaudij quod ipſa habuit de filio in reſurrectione, cum dicitur. Botrus cypri F

¶ Non ſolū autez de hoc ipſa gauiſa eſt ſed etiā omnes creature ſcilicet ſuperiores, medie ⁊ inferiores. Superiores, id eſt angeli gauiſi ſunt propter noſtrā redemptionem: propter ſuā reparationē: ⁊ propter chriſti glorificationē, ideo dicitur. Zoheleth .iij. In illa die ſtillabūt mōtes dulcedinē ⁊ colles fluēt lac. Et eccleſia addit, ⁊ mel. Lac eſt dulce, ⁊ mel eſt dulcior: dulcedo cōprehendit omnē rem dulcez. Montes igit ⁊ colles, id eſt angeli maiores mediocres, ⁊ minores afficiunt dulcedine magna: de noſtra redemptione: maiori de ſua reparatione: maxima de ſua glorificatione. G

¶ Secundo gauiſe ſunt medie, id eſt homines. Unde prophęta dicit. Hec dies quā fecit dominꝰ exultemus ⁊ letemur in ea. Debent omnes homines in chriſti reſurrectione multuz gaudere: q̄ per ſuā reſurrectionē facti ſunt angelorū concines ⁊ ſocij. Unde ſuper illud Matt. .xxiiij. mo. Nolite expaueſcere. Dicit Hieronimus. Vos aūt cur expaueſcitis qui veſtros cōciues videtis? Facti ſunt fratres xp̄i, vt de poſt reſurrectionem ſuā chriſtus apoſtolos fratres vocauit dicēs. Jo. .xx. Vade ad fratres meos ꝛc. Facti ſunt in anima ⁊ corpore glorificati. Nam modo in anima ſtolā felicitatis accipiūt, in futuro aūt in corpore ſtolā immortalitatis habebūt, propter iſta tris dicitur Hyeſter. .viij. Judeis id eſt ſanctis deū confitentibꝰ ⁊ laudātibꝰ noua lux oriri viſa eſt gaudiū, honor ⁊ tripudiū. Habebūt eīm magnū gaudiū de angelica ſocietate: honorem immenſum de chriſti fraternitate: ⁊ magnū tripudiū de corporis ⁊ anime felicitate. Tertio gauiſe ſunt creature inferiores, id eſt ſancti patres in lymbo poſiti q̄ erāt ibi in magna deſolatione, ⁊ ꝓpter locū. quia erant in loco infimo q̄ debebant eſſe in loco ſuprēmo, id eſt in celo, ⁊ ꝓpterdā num q̄ erant in caligine inferni qui debebant eſſe in viſione dei, ⁊ propter cōſortiū: q̄ habebāt demonū vicinitatem qui debebāt habere angelorū ſocietatem, ſz hodie exultauerūt valde: q̄ chriſtus de loco infimo eos extraxit, ⁊ in ſua aſcenſione eos in celū deduxit ſuā beatam viſionem eis reddidit, ⁊ angelorum ſocios fecit. Uñ dicit de eis. Eſa. .xxxv. Gaudiū ⁊ letitiam obtinebunt: fugiet dolor ⁊ gemitus. Habuerūt enīm gaudiū quia aſſecuti ſunt diuine viſionis aſpectū. Habuerunt letitiam: quia dimiſerunt locum tam infimū ⁊ aſſecuti ſunt celum. Fugit ab eis dolor ⁊ gemitus: q̄ euaſerunt taz horrendū conſortium demonum ⁊ aſſecuti ſunt conſortium angelorum.

qz ¶ In die ſancto paſche.

Sermo primus.

MAria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome emerunt aromata vt venientes vngerēt ieſum. Marci. vlti. Quānis multe mulieres dñm ſequerētur, iſte tamen tres precipue venerūt q̄ chriſto plus obligate fuerūt ex eo q̄ multa beneficia ab eo receperant. Maria eīm magdalena multū ꝓpo tenebat: q̄ ab ea ſeptem demonia eiecit. Maria autem iacobi multum chriſto tenebatur: tum quia nepos ſuus erat: tuz q̄ tres filios ſuos ſcz iacobum alphei: ſymonē ⁊ iudā cardinales: id eſt apoſtolos fecerat. Tertia maria ſcz filia ſalome ſimiliter chriſtum multū diligere tenebat, tum quia nepos ſuus erat, tum q̄ ipſe duos filios ſuos ſcz iacobum ⁊ ioannem apoſtolos fecerat. In preſenti euāgelio de duobꝰ fit mētio ſcz de ſanctarū mulierū deuotione: ⁊ de angelica apparitione. A

¶ Deuotio autē ſanctarum mulierum in tribus attenditur. Primo in hoc q̄ emerūt aromata vt vngerēt. vngere, vnde dicitur, emerunt aromata, id eſt vnguenta aromatica, vt venientes vngerent ieſum. Scēo in hoc q̄ tā tempeſtiue venerunt volentes ad monumentū accedere, vnde dicitur. ⁊ valde mane vna ſabbatorum ꝛc. Tertio in hoc q̄ dicit q̄ monumentū deſiderabāt apertū innenire, vnde dicitur, ⁊ dicebāt adinuicē: quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? B

¶ Circa primū notādū q̄ ex magna deuotione volebat corpus xp̄i vngere. Cōſuetudo enim erat antiquꝰ corpora mortuorū, inungere vt conſeruarent a fetore vermiū corroſione, ⁊ ab incineratione: ſz iſte mulieres erāt decepte, q̄ corpꝰ chriſti deitate erat balſamatū, ⁊ ideo ſi p̄ decem milia annorū in terra iacuiſſet non potuiſſet pure fieri nec incinerari nec a vermibus corrodi. In hoc tamē ſancte īmulieres voluerūt oſtendere dilectionē mortuo quam habuerunt vīno. C

¶ Pauci eīm ſunt qui amicū vere diligant in vita quia fere omnes amicum diligūt ꝓpter ſua non ꝓpter ſe. Eccli. vj. Et amicus ſocius menſe ⁊ non permanebit in tpe neceſſitatis. Pauciores ſunt q̄ diligāt in morte, imo ſepe parentes filios: ⁊ filij parentibus aduerſant in morte q̄ſt ꝓ ſalute aīe voluntaliqua ordinare. Pauciſſimi ſunt q̄ diligant poſt mortem q̄ modicū poſt ⁊ filiꝰ patris: ⁊ pater filij: ⁊ amicꝰ amici oblīuiſcitur. ps. Oblīuioni datꝰ ſum tāq̄ mortuus a corde. Idem perūt memoria eorū cum ſonitu. Eorum eīm memoria perūt cū ſonitu cāpanaruz vel palmaꝝ ſiue clamoꝝ ſiue fletuū. Iſte aūt mulieres dilexerūt chriſtum in vita: quia ſequebant eū predicantem. Luce. viij. Sequebat eū maria magdalena et alie mulieres que miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Dilexerūt eum in morte q̄ aſſociauerunt eum in cruce pendentē. Joā. .xix. Stabāt iuxta crucem ieſu mater eius ⁊ ſoror matris eius. Dilexerunt eū poſt mortem: q̄ voluerunt eum vngere

in monumēto iacentē sicut dicit hic. D
¶Sed mirum videt q beata virgo cuz istis non uit: sed domi remansit. Super hoc possunt tres cause assignari: Una est qz mater sepulchrū filij recenter sepulti sine nimio dolore videre nō posset. Sic beata virgo sepulchrū filij videre nō potuisset: quin gladius doloris ei⁹ aiam pertransisset. Et satis probabile est q si irevoluisset Johānes ei⁹ custos nō prmisisset. Imo etiā ceteri apostoli dixissent Johānni. Non permittas eam illuc ire, qz si ierit tm ibi flebit z se mactabit q fere se occidet. Secunda causa est: qz in parasceue et sabbato tm fleuerat z intantū se macerauerat q subtiner ei nō valebat. Un dt Bern. q oportuit q inter man⁹ discipulorū tā p semitulus de cruce ad domū propriā deportarer. Augu. Illa quippe pia mater in via dolore emulans z pectora delicata contundens: ita ipsa viscera oiaq fatigauerat mēbra vt iam sensu deficiens vix potuisset venire ad xpi funus. Tertia causa est quia iste mulieres corp⁹ christi i monumēto adhuc esse putabāt. Beata autem virgo sciebat q ibi non erat: sed q iam resurrexerat et ideo illuc ire nolebat. E
¶Et pie credendum est q sibi ante oēs christus apparuerat. Quod potest ondi tripliciter. Primo per auctoritatē. Sedulius em magnus z antiquus doctor ecclesie agens de christi apparitione dicit. Semper virgo manens huius se visib⁹ estans luce palam dominis primus obtulit. Secundo per ecclesie romane antiq z probatam consuetudinē. Summ⁹ enim pontifex ad sanctā mariā in maiorē in die paschę primā statione celebrat: p hoc innuens ad beatā mariam primā factaz fuisse apparitionē. Tertio per quādam moralē rationem. Deus em pcepit. Honora patrem z matrē. Sed si esset aliqs filius in vltra marinis partibus cōstitutus de quo mater intellexisset q mortu⁹ esset z tandē sanus rediens personas extraneas visitaret z ad matrē tribulatam vltimo accederet: iste bon⁹ filius nō esset nec matrē honorasset. Sic etiam christ⁹ matrem nō multū honorasse videretur, si primo alios de sua resurrectione letificasset z tandem matri desolate apparuisset. Secūdo deuotio istarū mulierū ostēditur in hoc q valde tēpestiue voluerūt venire. Ideo dicit. Et valde mane vna sabbatorū veniunt ad monumentū orto iam sole. Sz si erat valde mane: quo sol iam ortus erat? Ad qō dicendum q iste mulieres erant habitātes in ciuitate. Sepulchrū autez christi erat extra ciuitatē. Ipse autem valde mane surrexerunt. Sz quia via lōga erat: z honestas dominas non licet currere: sz mature incedere. Et porte ciuitatis tarde aperiebant: nō iam ortus erat sol, quando ad sepulchrū pueneruūt. Est ergo sensus: valde mane veniunt, id est venire inceperunt, orto iā sole scilicet quando peruenerunt. F
¶Uel sol dupliciter dicit oriri. Uel quātum ad fulgoreż suum, qui dicit aurora: vel quantū ad speram suam. Primo mō non secundo ortus erat sol. Un dicit Augu. Orto iam sole, id est cum celū ab oriētis parte albesceret. Uel nomine solis intelligit christus qui dupliciter fuit ortus in hoc mundo: scilicet de matris vtero: p natiuitatē penosam. Et de sepulchro per natiuitatem gloriosam. G
¶Est ergo sensus: valde mane veniūt: sed tamen verus sol, id est christ⁹ q p⁹ ortus fuerat in hoc mūdo natiuitate carnali: iaz ortus erat natiuitate celesti. Tertio deuotio istarum mulierum cōsistit in hoc q monumentū apertū videre desiderabant. Unde dicebāt. Quis reuolvet nobis lapidē ab ostio monumēti? &c. H
¶Monumentū quidem tripliciter clausum erat: grādis lapidis ad os ei⁹ applicatione, sigilli impressione, z militum armatorū deputatione. Et ō mulieres nō sperabant intrare se posse: qz lapidē tāz grādē cum ipse essent fragiles remouere non possent. Et milites eas fugarēt: z sigillum presidis frangere nō auderent. Christus autē qui exiuit de clauso vtero matris: z qui intrauit ad discipulos ianuis clausis. Ipse exiuit de monumento lapide clauso: salutis sigillis z custodib⁹ expauefactis. Postquam autem resurrexerat angelus lapidē reuoluit vt sic mulieribus aditum intro eundi daret. Et qz propter milites mulieres ire timuissent: ideo milites facti sunt sicut mortui: vt dicit Mat. Fuerūt em ita exterriti ex terribili angelica visione: sicut dt Mat. ex motu terre subita apertiōe, z ex terre magne cōcussione. Sicut em dr Mat. xxviij. Terremotus factus est magn⁹ &c. vt sz milites exterreret: vel vt terra de christi resurrectione letitiā mōstraret. Sicut in passione mota est in signū tristitie: sic in resurrectiōe mota est in signū letitie: vel sm Glo. Ideo terremotus factus est vt p hoc significaret corda terrenorū per fidē passionis z resurrectionis monēda. I
¶Secundo in euangelio fit mētio de angeli apparitione, q q tuor fecit ergo istas mulieres. Nam primo cōfortauit eas dicens. Nolite expauescere. K
¶In hoc em cognoscit bon⁹ angelus a malo: qz bonus in principio terret ex suo fulgore, in medio cōfortat ex sua allocutione, in fine letificat ex immensa cōsolatione. Malus autem angelus ecōuerso. In principio terret ex sua terribili visione. In medio decipit, ex fallaci promissiōe. Et i fine ptristat ex subsecuta deceptiōe. L
¶Secō ipsas confortatas z de resurrectiōe certificatas: ad apostolos destinauit dicens. Ite dicite discipulis z petro qz &c. Prima mulier fuit media inter serpentē z hominē, trahēs ipsum ad peccatū. Secunda mulier scz virgo beata fuit media iter deū z hominē: faciēs nostrā reconciliationem. Iste aūt mulieres fuerunt medie inter angelū z apl̄os: annunciantes eis nram saluationē. Iā non pōt hō cōqueri de mulere: qz si pria dānauit: secūda saluauit tertia annūciauit. Si pria fuit causa mortis. Secūda fuit cā vite. Tertia nunciatrix salutis eterne. M
refert Johānes. Si nō esset hic malefactor nō tibi tradidissem⁹ eū. Quib⁹ pilat⁹. Accipite eū vos, et scōm legē vram iudicate eum. s. ex quo nō exprimitis mihi maleficiū suū. Cui rnderūt. Nō ſz nobis interficere quēquā. Cū esset essent romanis subditi nō habebāt iudei causaz sanguinis, ſz p̄ses quē mittebāt illuc romni ad regē dū eos. Et tūc erat pilat⁹ posit⁹ p̄ses p romanis. Dixit ergo eis pilat⁹. Quid malifecit iste? At illi explicauerūt dicētes se eundū Lucā. Hūc inuenimus subuertētē gentē nr̄am et phibentē tributa dari cesari: et dicētē se xp̄m regē esse. Que oia falsa erāt: nō em̄ gētez subuertebat q̄rēs sibi gētē cōgregare ad seditionē, ſz cōuertebat ad salutē, inducēs hūilitatē et subiectionē. Nec phibuit cēsuz vel tributū dari cesari: ſz pposita sibi q̄stiōe a q̄busdaz super ea respōderat. Reddite q̄ sunt cesaris cesari. Neq̄ se regē faciebat, ſz cū voluit eū popul⁹ facere ab eo et quinq̄ panibus ordeaceis et duob⁹ piscib⁹ facere regē fugit, et paupib⁹ et mitib⁹ incedebat. Pilat⁹ ergo duab⁹ p̄mz obiectiōib⁹ omissis vt friuolas, et falsas reputās, itrās p̄torū, q̄siuit a iesu de tertia, dicēs. Tu es rex deoz? Cui Jes⁹ (vt refert Johānes dicit.) A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerūt de me. s. q̄ sim rex iudeoz. Ad quē pilat⁹. Nunq̄d iudeus sum ego. Gēs tua et pontifices tui tradiderūt te mihi: quasi diceret. Ego nō sum iudeus, vt sciā cōuersationem tuā, sed iudei qui sciunt facta tua dederūt te in manus meas: q̄d ergo fecisti? Propter quē causam te ita vinctum duxerūt ad me vt reum? tu explica. At Jesus ad eū. Regum meuz (vt narrat solus Johannes) non est de hoc mundo, quasi diceret. Nō me habeo vt rex tēporalis, nec mihi vsurpo dignitatē regalez vt gēs mea imposuit: sed vt pauper et mēdicus et abiectus incedo. Si enim regnū meum esset de hoc mūdo, mimistri vtique mei desertārēt vt nō traderer iudeis: pugnarēt enim pro me, et defenderēt ne preualerēt cōtra me. Nūc autem regnū meū non est hic. Regnū enim spirituale virtutum quod perducit ad regnum eternum erat quod nobis q̄rebat et pro quo nobis conterendo patiebat. Quādo pilat⁹ euz interrogauit. Quid feciſti poterat respōdere Jesus. Que ego feci in populo isto, ista sūt. Eduxi patrē eoz de vr. Chaldeorum. Ego ptectoz eius et Jsaac, et Jacob, fui vbicū q̄ ambulauerūt. Ego Joseph in egiptū pmisi, ad sustētādū eos tēpore famis in egipto, quasi dominū constituēdo. Ego de dura seruitute pharaonis eduxi: flagellatis multipliciter egyptijs, et demū in mari submersis. Ego populū istū vt peculiarē elegi ex cūctis natiōib⁹, dādo eis legē meam. Ego quadraginta annis manna per desertū cibaui. Ego in terraz promissionis addux: expugnatis habitatorib⁹ terre illius etc. Demū ego ex eis carnē assumēs, inter eos humiliter cōuersatus sum. Ego o mnib⁹ bñficia cōtuli innumera: sanitates plctēs. Cecis visum claudis gressum, surdis auditū, loquelā mutis, munditiam lepr̄osis, vitam mortuis restitui: peccatoribus donaui indulgentiā, mestis letitiaz, plurimis gratiaz, ignorātibus sapiētie doctrinā. Hec sunt pilate que feci de quib⁹ possunt me accusare si digna sūt ista. Tūc dixit ei pilatus. Ergo rex es tu: scilicet ex q̄ regnū habes, et si nō de hoc mūdo. Cui⁹ Jesus. Tu dicis: scilicet veritatem: quia rex sum ego. Et merito, habet enim omne dominium et sup omnia, cui flectitur omne genu, celestium, terrestrium, et infernorum. Ego in hoc nat⁹ sum subdit, et ad hoc veni in mundū vt testimonium perhibeam veritati, reprehendēdo vitia, confutādo errores. Et qz veritas odiuz parit, ideo inde: nolētes vitia eorum argui, ex odio mortē eius procurauerūt. Omnis qui est ex veritate: id est cui placet veritas, seu q̄ est ex deo per gratiā genitus, quid est veritas, audit vocē meā, obseruando meā doctrinā verissimam. Cui pilatus. Quid est veritas? Nō expectauit pilatus respōsionem, anhelans ad liberationem eius. Sciebat em̄ (vt dicit Matthēus et Marcus) q̄ō p̄ inuidiā tradidissent eū. Exiuit ergo ad eos pilat⁹, dicēs. Ego nullā causaz mortis inuenio in homine isto. At illi clamauerūt dicētes. Cōmonit vniuersuz populū: scilicet seditiones faciens, et cōgregās sibi gentes ad rebellandum docens a galilea vsq̄ huc: scilicet in iudeā.

Pilatus audiēs galileā nominare (vt refert Lucas) interrogās ꝛ percipiēs ꝙ galileus esset, ꝙ nutrit⁹ ꝛ cōuersat⁹ i galilea misit Jesum vinctū cū accusatorib⁹ suis ad herodē regē galilee, qui venerat tūc hierosolymā ad solēnitatē illā rancꝫ pertinentē ad iurisdictionē suam ꝛ iudiciū, vt subditum suum. Herodes autē viso Jesu coram eo adducto gauisus est valde. Cupiebat em̄ dm̄ eū videre eo ꝙ multa audisset de eo ꝛ sperabat aliqđ signū videre fieri ab eo. Stabāt aūt ꝛ principes sacerdotū añ eū i multis accusantes eū. Interrogauit autē eū herodes de multis, ꝙ ad nihil eorū rndit, ꝛ hoc ꝙ nō causa veritatis, ꝫ curiositatis illa querebat. Nō cernēs herodes spuit eū cū exercitu suo, ꝛ vt insanū inductum veste alba linea remisit illū ad pilatū. Ex hac delatiōe honoris quā fecit pilatus herodi, facti sunt amici adinuicē herodes ꝛ pilat⁹: ꝙ antea inimici erāt. Hec inimicitia cōtracta erat ꝙ pilat⁹ videbat' iurisdictionē ꝙturbasse herodis ex eo ꝙ occidit quēdā iudeū galileū ꝙ multos secū adunauerat quasi p̄n cipē se faciēs populi iudeorū, dū in mōte quodā sacrificijs insisterēt. Remisso igit iesu ad pilatū dixit pilat⁹. Obtulist̄ mihi hūc hominē ꝙsi subuertentē populū, ꝛ ecce coram vobis interrogans nihil inuenio causem eo ex his in quib⁹ accusatis eum, ꝫ neꝫ herodes, nā remisit eū ad nos, et ecce nil morte dignū actū est ei, emēdatū ergo illū dimittā. At illi clamabāt dicentes. Crucifige, crucifige eū. Pilat⁹ igitur existimās ꝙ si faceret iesū flagellari acriter, indeī moti cōpassione, nō aliud pene vel punitiōis quererēt de eo. Apprehendit ergo pilat⁹ Jesum ꝛ flagellauit (vt refert Johānes) Et flagellationē istā fuisse diutinā ostēdit psalmista dicēs in eius p̄sona. Fui flagellat⁹ tota die. i. in magna parte diei. Et esaie. liij. Disciplina pacis nostre sup eū: ꝛ liuore eius. ſ. ex p̄secutionib⁹ duris sanati sum⁹. Flagellatū autē pilat⁹ adducit eum̄ foras dicēs. Ecce homo. ꝙ. d. Nōne videt vobis sufficiēter castigat⁹. At alii clamabāt. Crucifige, crucifige eū. Et ille. Ego nullā causam mortis inuenio in eo. Est autē vobis cōsuetudo vt dimittā vobis vnū ex vinctis. ſ. mortē dignū. Hunc em̄ morē intro duxerūt iudei: vt. ſ. in memoriā būficij recepti a deo in festi solēnitate. ſ. liberatiōis ipsi⁹ ppli de morte ptio genitoꝝ ꝛ de seruitute egy ptiaca mortifera vn⁹ ex malefactorib⁹ capt̄is morte plectēd⁹ liber donaret popul⁹: alū ad mortē indicarent, quā mortez romani p̄sides ei seruabāt. Dixit ergo eis pilat⁹. Quez vultis ex duob⁹ dimittā Jesuz qui ꝺr Christus, an barabbā? Hic barabbas latro erat ſm Johānē, ſm alios ꝛ homicida: ꝙ in seditione fecerat homicidiū. At p̄nceps, sacerdotū p̄suaserūt turbis vt peterēt barabbā. Clamauerūt ergo oēs dicētes. Nō hūc sed barabbam. Dixit eis pilat⁹. Quid igit faciā de iesu ꝙ ꝺr xp̄s? At illi. Crucifigatur. Dixit eis pilat⁹. Accipite eū vos ꝛ crucifigite. Ego em̄ nullaz cām̄ inuenio in eo. At illi. Nos legē habem⁹ ꝛ ſm legē nraz ꝺz mori: qz filiū dei se fecit. Videteſꝫ ꝙ pilatus tē debat ad liberationē eius dixerunt. Si hunc dimittis nō es amicus cesaris. Dis em̄ qui se regē facit ꝙtradicit cesari. Pilatus aūt hoc audiēs magis timuit, ſz timoret m̄ nū dano, ne. ſ. incurreret indignatiōnē cesari si accusaret, ꝛ dignitate illa p̄tinaret. Iterū ꝑ introiuit pilat⁹ p̄torū ꝛ interrogauit Jesuz. Unde es tu? Jesus aūt respōsum nō dedit ei. Cui pilat⁹. Mihi non loqueris? Nescis ꝙ potestatē habeo crucifigere te: ꝛ dimittere te? At Jes⁹ ait. Potestatē nō haberes i me vllā: nisi tibi, datū esset de sup. ſ. deo p̄mittēte. Propteres ꝙ me tradidit tibi maius pctm̄ hz ꝗsi dicere. Et si deo ꝑmittēte hoc agas: nō tm̄ ex cesaris a petō me cōdemnādo cū tu ipse dicas ꝙ habes potestatē dimittēdi ꝛ iaz cōfessus es publice: ꝙ nō inuenisti causam mortis ꝛ th̄ non dimitt⁹ ꝙ peccatū: tm̄ nō est ita graue cū ex infirmitate ꝓcedat, sicut indeoꝝ ꝙ me tibi tradiderūt ad mortem cū ꝓcedat ex malicia. Pilat⁹ ꝙ videns ꝙ nihil p̄ficeret sed magis tumult⁹ fieret vocibus magnis postulātib⁹ vt crucifigeretur, dimisso eis barrabam vt postularunt duxit foras Jesum ꝛ sedit ꝑ tribunali in loco qui dicit licostratos hebraice gabatha. Erat autē parasceue pasche hora quasi vj. Mar. aūt ꝺr ꝙ hora tertia crucifixerūt eū quā superficialem dissonantiā. Aug. de pe. di. ſ. periculose, sic resolut: qz videlicet xp̄s hora tertia crucifixus est linguis. ſ. iudeoꝝ hoc petētibus qđ scribit Mar. ſz actualr ꝛ mamb⁹ gētiliū hora sexta crucifixus est, put refert Johan. ¶ Sedente aūt ꝑ tribunali pylato, misit ad eū vxor sua teste Mat. dicēs. Nihil tibi ꝛ iusto illi. ſ. cōmune. ꝙ. d. videne feras sentētiā ꝺ eū: Nā ꝛ multa passa sū ista nocte p eū. ſ. terribiles visiōes ꝛ cōmationē. Credit qđ dyabol⁹ cepit ꝑpendere iesum esse redēptorē hūani gn̄is: et virtutē crucis: qz sentiebat p̄fes limbi iā exaltare ꝑ sua ꝙ expectabāt liberatiōe: ideo tēptabat impedire Et iō in somnis immisit v. fiōes vxori pilati comminatorias malorū ꝙ pilato eueniret si ipsum condēnaret. Ut his auditꝫ pilat⁹ se retraheret: sed nō voluit aliqđ efficere. Nā pilato dicente. Ecce rex vester ꝙsi derisorie. clamauerūt illi tolle tolle crucifige eū. Quibus pilat⁹. Regē vestrū crucifigā? At illi. Nō habem⁹ regē nisi cesarē. Pilat⁹ ꝙ vt dicit Mat. accepta aqua coram p̄plo lauit manꝰ suas dicēs. Innocēs ego sum a sanguine iusti huius. ꝙ. d. Ego ꝙtū est ex me non condēno eū scies esse iustū ꝫ importunitas vestra me cogit ad ꝓdemnādum: vos videritis. Sed certe hoc nō excusauit eū qz nunꝙ inder propter quodcunꝙ malū vel scandalum euitandum debet innocētem condēnare contra ordinem ꝛ formā iuris vtpic accidit. Clamauit autē p̄plus. Sāguis eius super nos ꝛ sup filios nostros quasi dicat. Si tu in hoc peccas: pena huius peccati ꝛ vindicta veniat super nos ꝛ filios nostros. Que imprecatio vtiqꝫ accidit eis. Nā in punitionem tanti celeris hierusalem capta fuit ꝛ immuneris millibus hominū mortuis ferro pestꝫ ꝛ fame: qui remanserunt venditi sunt in seruos ꝛ dispersi per orbem. Forma autē huiusmodi cōdemnationis prout pie cōtemplari possumus talis fuit, iesu nazarene tuam genus te reprobauit regem te fecisti contra imperatorem statuta: filium dei te nominasti contra legis iudeoꝝ mādata tributū cesari dare p̄hibuisti cōtra eius imperia, seditionem in populo concitasti in maxima cōmunitatis dispendia. Ideo morti te adiudico ꝛ iter duos latrones te iubeo crucifigi. O ꝙ iniqua est hec sententia crudelis et iniusta de qua Job. xxxvj. dicitur. Causa tua quasi impij iudicata est. iudicij causaz recipiēs causa qui dem⁹ ꝙ iudicata est a pilato quasi impij ꝛ pcius ꝙ impij qz si latro vel homicida a curia capit nō cōdemnat nisi prius fiat processus ordinarius datis terminis ꝛ dilationibus ad probandū, ꝛ reprobandū increpandū vel excusandum. sed christ⁹ absꝙ processus ordinario ꝓdemnat⁹ est de qua cōdēnatiōe. ꝑs. ait. Astiterunt reges terre ꝛ p̄ncipes. ſ. annas ꝛ Cayphas cōuenerūt in vnū aduersus dominum et aduer. xp̄m eius. Si quis igitur beatam virginē interrogare voluerit. Quo abijt dilectus tuus? statim respōdere poterit, dicens habijt ad causę innocētis pernersam decisionem.

Quinto abijt dilect⁹ virginis marie ad sententiaz mortis in crucē pa tibulo executionē, data itaꝙ sentētia contra iesum vt crucifigeretur milites p̄sidis congregauerunt circa eū vniuersam cohortez teste Mat. ꝛ exuētes eum vestimentis suis clamidē coccineam circunderūt ei scilicet rubei coloris quasi purpuream vestez, ꝛ plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eius loco corone. Hec corona sen septrū dicitur fuisse de spinis duris ꝛ oblongis que perforabant caput suum vsꝙ ad cerebrum dederūtꝙ ei arundinem in manu eius ꝛ percutiebāt caput eius. Demū post illaꝙ cōtumelias et illusiones exuta clamide coccinea ꝛ vestimentis propriis inductus ducebatur ad locū caluarie. sociatus duobus latronibus cōdemnatis etiam ad crucem pro celeribus suis vt impleret ꝓphetia Esa. liij. Cū iniquis deputatus est. Et baiulāns sibi crucē scōm figurā ysaac qui ligna portauit in humeris super quib⁹ fuit extentus vt occideret i dicto loco vt dicit Chry. in qno ꝛ iesus crucifixus est ibi nō filius abrahe ſz aries hūs caput spinis ihērēs occis⁹ est qz nō filius dei patris sed humanitas eius ecclie. spinis coronata mortua est. Et baiulās sibi crucē. Theophil⁹ hic adimpletur illud Esa. factus est ꝑncipat⁹ sup hūcꝛ rū eius, principat⁹ eñ iesu crux. est. ꝓpter quā de⁹ exaltauit eū ſm aplm. Et sicut in

signū dignitatis alū portāt baltheū: alū mirrā: sic xps crucē, z si mictas inuenies non aliter isti nobis regratiare iesum nisi per aspitates quo fit vt delicioſi inimici sint xpi. Uerū qz debilitat⁹ iesꝰ flagellis z spinis ac vigiliis noctis q̄b⁹ fuerat afflict⁹ tarde ire debebat cū cruce, timētes indefine ista tarditate pylat⁹ quē videbāt q̄ sutū ferre sniam eā reuocaret z vire donaret inuenientes i via quēdā nolē symonē syrenēū venientē de villa p̄em alexādri z ruffi vt refert. Mat. z mar. hunc angariauerūt portare crucē Jesu vt citi⁹ ambulare posset. Portabat aūt symō crucē post Jesum qz sm Ambr. cōgruū erat vt pri⁹ ipse crucis tropheū erigeret: post ea illō martyrib⁹ traderet erigēdū. Nec iudeꝰ est iste symō sz alienigena z peregrinus syrenꝰ, nec añ sz post Jesum portāt crucē gētilis eñ pp̄s nō iudaic⁹ sequit crucē z fert eā, implēs illō. Tollat crucē suā et sequat me. De villa veniēs crucez amplectit, cū paganis ritib⁹ derelictis ait Beda, vestigia xpi seq̄tur. Villa enī latine, pagos grece dr, vñ dicti sunt pagani, sc̄z a pagos. Symō iter p̄tat obediēs qz obedit diuinis p̄ceptis. Seq̄bat antē eū multitudo magna mulierū ppl̄ q̄ et deuotiōe eis opatiētes plāgebāt z lamētabantur illi. Jesus aūt cōuersus ad eas vt refert sol⁹. Lu. cōsolat⁹ est eas dicēs. Fille hierl̄m nolite flere sup me morientē qz. s. mortē cito resurrectio gl̄iosa dissoluet z ipsa mea mors mortē ipsam z mortis auctorē diabolū destructura est inquit Beda sz sup vosipsas flete z sup filios vestros. s. ꝓpter mala q̄ ventura sunt vobis. Qm̄ ecce venient dies in q̄b⁹ dicēt. Beate steriles z vētres q̄ nō genuerūt, z vbera que nō lactauerūt. Q̄ō ōt propter obsidionē futurā a romanis, in qua ad tātā calamitatē famis deuenerūt vt matres alias comederēt filios proprios. Tūc incipiēt dicere mōtib⁹ videtes se in tātis angustijs. Cadite sup nos: z collib⁹ cooperite nos. Refert eñ iosephus romanis insistētib⁹ iudeos catervatim petisse mōtium z collū cauernas ad eas dēdū. Qz si in viridi ergo faciūt, in arido q̄ fiet. i. sm. Theophi. Si in me q̄ sum lignū viride per virtutē faciēs fructū, romani hoc faciūt q̄d faciēt in pp̄lo iudeorū arido z infructuoso? Uel sm Bedā. Si ego q̄ suz sine peccō, q̄ lignū vite appellat, z sine igne passiōis de hoc mūdo nō exeo: q̄d eis putas inuenire tormēti q̄ sunt fructib⁹ bonorū vacui? Et postq̄ venerūt i locū q̄ calvarie dicit, ibi crucifixerūt eū. Quidā voluerunt dicere vt hebraismō dictū locū calvarie ex ibi erat calvaria. i. caput; ada p̄mi hois sepulti. Sz hiero reprobat hoc qz i ebrō dr sepulchrū Ade esse Sz Bed⁹ dr q̄ foris portā erāt loca vbi trucidabant capitā dānatorū, iō calvarie locū illū appellatū. Et sic p oim salute inyorus quasi noxius inter noxios crucifigit, vt ibi abūdauit delictū superabūdet z gr̄a. Crucifixerūt eū pri⁹ aūt q̄m in cruce figerēt dederūt ei vinū myrratū h̄ū. i. myrra amarissima mixtū, vel vt dr Matthe⁹ vinū fellemixtū. Mos erat iudeis q̄ adhuc seruat apud xp̄ianos i multis locis, vt debilitati rei cū ducant ad mortē ex horrore huic cōfortarent cōfectiōib⁹ z optimo ꝓto no loco cui⁹ ad augmētū pene xp̄o dederūt vinū myrratū. Erudites aūt eū oibus vestibus vulnera renouauerūt. Nā cuz p flagella durissima totū corp⁹ ei⁹ esset diu laceratū seu decorticatū vestimēta resumpta fortiter in heserāt carnia qua nūc separātes nō sine magno dolore z vulneratione fieri potuit vt accidit in vulneribus fascijs resolutis. Modū aūt crucifixionis nullus euāgelistarū explicat. Unde potuit fieri sm aliquos vt cruce i terrā erecta super eā affligerēt corp⁹ Jesu manib⁹ z pedib⁹. Et postea erigerēt ipsaz. Uel ēt q̄ pri⁹ erigētes crucē z i terrā trunci figentes z firmātes: postea in ea corp⁹ cōfixerūt aliquo corp⁹ sustentāte dū cōfixerent manus eius deinde pedes clauis ferreis satis grossis vt ostenditur. Et qz ex cōfixione z maximo dolore nervi erāt retracti z mēbra decurtata q̄n sedētā manum affixerāt pedes z brachia protraxerunt intātum q̄ omnia ossa corporis dinumerari possent impleto q̄d dixerat. p̄s. In persona xp̄i. Foderūt manus meas z pedes meos dinumerauerūt omnia ossa mea. Nulla hystoria docet hoc in dauid impletū vel alio de populo illo: sed in domino nostro Jesu christo. Erat aūt ſtitul⁹ cōtinēs cām mortis in qua dā tabula qua scriptus ihs grecis latinis z hebraicis, vt ex oi natione q̄ cōuenerāt in die festo legere possent q̄ tabula affixa erat paxillo posito in pte superiori crucis in medio: p̄fixus quā caput Jesu pēdebat. Nam erat per se erat ad modū thau. nec habebat aliq̄d supligniū quod erat per trāsuersum: sed appolit⁹ fuit paxillus cū tabula vt dictū est. Scriptura aūt tituli hec erat Jesus nazarenꝰ rex iudeorū. Sz vt refert solus Joannes qz locus vbi crucifixus erat ꝓpe ciuitatē extra th̄ hierusalē pene oēs de ciuitate ibāt ad videndū, q̄ fuit ad maximā penā cōfusiōis ipi Jesu sm illud. p̄s. Tota die verecundia mea cōtra me est, z confusio faciei mee operuit me etc. pontifices ergo cū legissent scripturam reputātes hoc esse ad iniuriā suā: sc̄z q̄ rex suꝰ crucifix⁹ eēt, dixerūt pylato. Noli dicere rex iudeorū, sc̄z q̄ sit, sed qz dixit rex sum iudeorū vt sc̄z appareat q̄ ꝓpter ista arrogantiā z ambitionē qua se voluit facere regē sit crucifix⁹. Quib⁹ pylat⁹, Quod scripsi scripsi. i. scripturā illā volo sic p̄manere firmā hoc disponēte deo: qz vere est rex iudeorū ad literā z iudeorum z oim nationū. Notatr rex iudeorū. i. cōfitētiū iterpretat enī iudas cōfessio vel cōfitēs. Est enī spāli mō rex. i. regnās p gratiā z postea p gl̄iā eorū q̄ cōfitent sc̄z fidei articulos credēdo defect⁹ ꝓpriosacerdoti pādendo: Et diuinas laudes gratias agēdo. Milites gētiles q̄ eū crucifixerūt lictores pylati, diuiserūt sibi ad inuicē vestimēta sua p sortē statuētes q̄s q̄d acciperet q̄ narrat oēs euāgeliste, sz Jo. plenius dicit enī q̄ milites q̄ crucifixerāt quatuor fecerūt ptes de vestib⁹ vnicuiq; suā dātes. Tunicā aūt suā q̄ erat in cōtexti z desup contexta p totū. i. facta ad scū non diuiserunt dicētes. Nō scindamus eā sz sortiamur de ea cui⁹ sit. Quod factū inducit Jo. psalmistā hoc p̄nūciasse cū ait in p̄sona xp̄i. Partiti sunt sen diuiserunt vestimēta mea, sc̄z q̄ me crucifixerunt, z super vestē meā miserunt sortē. i. sup tunicā inconsutilem Augu. Matthe⁹ autem dicendo diuiserunt vestimenta e⁹ sortē mittentes ad totā vestimentorum diuisionē voluit intelligi etiā illā tunicaz primerdee qua sortē miserūt. Tale est ec q̄ ait. Luc. diuidētes vestimēta ei⁹ miserūt sortē. Diuidētes enī venerūt ad tunicā de qua facta est sortio dicēdo antē sortes plurali⁹ p singulari posuit. Marc⁹ aūt sol⁹ videt intulisse aliquā questionē, dicēdo eñ mittētes sortē sup eis q̄s quid tolleret tāq̄ sup oib⁹ vestimētis, nō sup sola tunica sors missa sit locutus videatur. Sed etiā hec breuitas obscuritatē facit. Sic enī dictū est mittētes sortē sup eis ac si diceret, mittētes sortes cū diuiderēt q̄ aūt quis q̄d tolleret, id est tunicā tolleret tanq̄ si totū ita diceret. Mittentes sortē suz eis qui tunicā que partibus equalib⁹ sup fuerat tolleret: spāliter vero quadripartita vestis domini nostri iesu xp̄i quadripertitam figurauit eius ecclesiā quatuor. s. partibus in orbē diffusam z in eaſdē equaliter. i. exoriditus distributā. Tunica vero illa sortita olim partiū significat vnitatē q̄ charitas vinculo cōtinet. Si aūt charitas superemīnētiorē viā hz z supeminet scientie z sup oia p̄cepta, ē merito vestis que signat desup cōtexta addidit per totū, qz nemo est expers eius q̄ pertinere inuenit ad totū a quo tota catholica vocatur eccla. Incōsutilis aūt ne aliq̄ discindat, z ad vnū peruenit qz omnes in vnum colligit. In sorte aūt dei gr̄a cōmēdata est. Cū enī sors mittit non p̄sone cuiuscunq; vel meritis sed occulto iudicio dei creditur, hec Aug. Quare autē potius mortē crucis sustinuerit q̄m aliā omutohic ponere. Et ꝓtereuntes turbe inquisit Mat. z Mar. blasphemabāt eū dicētes. Uah, qui destruis templū dei et in triduo illud reedificas. Sed z principes sacerdotū cū scribis z senioribus il indebāt dicētes. Alios saluos fecit, seipz non pōt saluum facere. q. d. Nunc appareat, qz non vere sanabat infirmos, sed in virtute belzebub, si filius dei est descendat nunc de cruce z credemus ei dixit enī filiꝰ dei sum Sed z milites sc̄z pylati illudebāt ei dicētes. Si tu es rex iudeorum saluū te fac. Jesus aūt in cruce manens sustinet tot dolores immensos tot irrisiones z otumelias. Primū quidē verbū dixit in cruce vt refert sol⁹ Lucas inūcē

ad dilectionē inimicorū dixit em̄ pater ignosce illis. Qz nesciūt quid faciūt. Cōtra omnē iusticiā ostendit. Qz innocētissimus sine aliquo peccato: sol⁹ ab his qui bus semp benefecerat, a populo quē in peculiare assumpserat: ledit in oīb⁹ sume in subst̄ātia ablatis sibi vestib⁹, in fama cōtumelijs z blasphemijs, in psona mortetur pissima z acerbissima cōdēnatus. Et a nē pro illis orabat dicēs pater ignosce ꝛc. Et sic ipleta est pphetia. Esa. dicentis. l. iij. pro trāsgressoribus. i. contra legē agentib⁹ orauit ne perirēt. Cuz aūt cū eo crucifixi essent duo latrones, vn⁹ a dextris ali⁹ a sinistris: dicūt matthe⁹ z marcus abbreuiādo, q idipsum improperabāt ei z cōuiciabantur q cū eo crucifixi erāt. Sz Lucas plen⁹ hoc exprimit, dicit em̄ q vn⁹ ex latronibus q .s. erat a sinistris blasphemabat eū dicēs. Si tu es xps saluū fac temetipsuz z nos. Dicēdū est ergo q vel in eo qđ dicunt Matthe⁹ z marcus de ambobus latronib⁹ cōuicia tibus christo. ponitur ibi pluralis p singulari, qz vnus eorum fuit tantum prout dicit Lucas. Uel quia ſ ambo fuerunt q conuiciati sunt xpo: hoc fuit in principio. Sz postea q a dextris erat penitētia dulcius reprehendit sociū: z xpo se recōmendās ait. Memēto mei ꝛc. vt dicit Lucas. Uñ subdit. Respōdēs aūt alter increpabat eū dicēs. Neq; tu timeas deū q in ea dē dānatione es sicut isti pfidi. nudei q crucifixerūt hunc tā innocēter: z nos q̄dē iuste, sz cōdēnati sum⁹ ppter scelera nr̄a. Nā digna factis recipimus, hic vero nihil male fecit. Et dicebat ad iesum. Dñe memēto mei cū veneris in regnū tuū, Et dixit ei iesus. qđ est ām verbū, amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Qđ vtiq; verū fuit. Nā mortuo iesu illa die: alia separata a corpore: sociata diuinitate: descēdit ad lymbū patrū: z alia huius latronis post mortē xpi: ipsa a corpe separata descēdit nō ad infernū dānatorū vt purgatorij sz ad lymbū vbi clare vidēs diuinitatē xpi fuit bt̄ā. Et hoc est vere paradisus loc⁹ sz q̄ parat dei visū. Hodie mecū ꝛc. Hier. Ut parnū magn⁹ aspicias z dimes pastor morbidā nō cōtēnas onez xp̄s de cruce in paradisum latronē tulit. Et ne q̄s serā aliqñ putaret pnam fecit hōicidij penā martyrij. de. dist. pe. j. Importuna. Hinc z Iuli⁹ papa. Uera cōfessio in vltimo esse potest sicut latro vnius momenti penitētia meruit esse in paradiso in hora vltime cōfessionis. xxvj. q. vj. Si presbyter. Augu. Qui pri⁹ a peccatis relinquit q̄ ipse relinquat ea nō libere sz quasi necessitate cōdēnat. Licet em̄ latro venā meruisset in fine de⁹ oi crimine non tñ dedit baptizatis peccādi z psecrādi auctoritatē. Tūc em̄ primuz baptizatus est sz baptismo flaminis qz tūc primū in cruce xp̄m confessus est. De pen. dist. vij. Nullus. Sed vere mirabilis fuit deuotio z fides hui⁹ latronis. Nullū viderat eū facere miraculū, nō predicantem nō turbis circundatū ei⁹ doctrinā sitientib⁹ sed crucifixū cū eo. Omnes q̄z maiores sz principes sacerdotū z milites z doctores legis eū subsānātes z exprobrantes, et socij suū idipm faciētē, z tñ venerat vt deū sua dilecta cōfitēs socij increpās z oēs ei iniuriātes: nō verit⁹ semitā iudeorū, seq; ei humiliter recōmēdans dicēs. Memēto mei ꝛc. Petr⁹ apls z ceteri negāt, z ppli deridēt, z ipse ipm cōmēdat, ipm regē fatet: se sibi commēdās. Jesus aūt vt oblit⁹ suarū pēnarū ipsum cōfortat de sua cōuersiōe z fide, promittēs ei premiū maximū. Hodie mēcū ꝛc. Et de tāto labore sue passiōis qđ erat sufficiēs pciū repēptionis olim. Nō solū hui⁹ mūdi sz z mille si essent Jesus nō videt nūc sequi fructū nisi cōuersiones vni⁹ latronis: nec hunc minimū despicit: sed z ipsuz colligit. Stabat aūt iuxta crucem mater iesu z soror matris ei⁹ maria cleophe z maria magdalene qđ refert sol⁹ Joānes de matre iesu z ipso Joāne. Stabat dolore anxiata, amaritudine vulnerata mēte aūt z intellectu erecta z firmata in deitate, quā sciebat esse vt filij⁹ suus patretur. p redēptione humani generis. Et cū omnes discipli z discipule fecissent a fide sue diuinitatis ipsa sola stabat in fide firma. Et qz sciebat ipsum q patiebat esse dei filiū: inde maxime dolebat de tā ta offensa deo facta, Et sicut nulla mater vñq; tñ dilexit filium suum. Tum non solum qz vnigenitum, sed quia ex se totum

sine patre generatum. Tum qz optimum z sanctissimū. Tum qz verum deū ita nulla mater vñq; dolorē tm̄ habuit de morte filij. Tunc fuit impleta prophetia Symeonis dicētis. Tuā ipsius aiam pertrāsibit gladi⁹ ipsius scz passionis. Unde dolores quos alie mulieres sustinēt in partu sibi reservate fuerūt in passione filij vt cōgruere sibi posset illud ps. Ibi dolores vt pturiētes. Nec vñq; aliqs martyr sustinuit tātā pēnā in suis tormētis, sicut virgo Maria iuxta crucē filij. Uñ z plus q̄ martyr fuit: vt ait Piero. Cū ergo vidisset iesus matrē ne videret eius oblit⁹ in hoc ofēdens pietatē quē debēt filij exhibere parētib⁹ z pudere pro posse cuz ab eis discedūt. Dixit matri sue. Mulier ecce filij⁹ tuus. Dicere noluit mater, ne sic nolendo magis vulneraret dolore cor ei⁹. Sz mulier exprimēs sexū: nō virginis violationē Ecce filius tu⁹ quasi dicat humanitas ista q̄ cernit est filius tuus q̄ patit. Et qz dissoluēda est ista humanitas per mortem: ne sola remaneas ecce Joānes erit filij⁹ tu⁹ p me ipe virgo z virgīnē sociabit. Nā tūc credit mortuū fuisse spōsum ei⁹ Joseph alias nō alteri eaz cōmēdasset quā spōso suo si vixisset, vt dicit. xxvij. questiōe ij. Deide dicit discipulo sz Joāni licet nō se nominet sicut nec alibi cū de eo loquit. Ecce mater tua, id est habeas eā cōmendatā vt matrē, z eā quātū poteris obserua z custodi. Thesaurū maximū quē in terra relinquo nulli alteri quā tibi pre ceteris dilectio relinquo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā sz, Johannes in suam, sz matrē vel curā. Incomparabilis certe ista p mutatio: qua dat marie discipulus pro magistro, seruus pro domino, rinulus p sapientie fonte, nepos pro filio creatura p creatore. Et tamen acq̄uit humiliter quod filius instituit.

¶ Sexta autē hora vsq; in nonā vt referunt euangeliste oēs, tenebre facte sunt super vniuersam terrā, sole. s. patiēte eclipsim, qđ naturaliter esse nō potuit. Nam eclipsis naturalis accidit ex interpositione lune inter solē z nos, cū est super nostrum emispertum sol ipse in cursu suo. Tūc aūt cū esset luna quinta decima primi mensis, quia secūdū legē tunc in choabat festum azimorū directe ex opposito erat luna ad solē. Unde cum tūc sol esset hora sexta diei in medio emispertū nostri luna erat in medio emispertū quod est infra nos seu subtus nos. Unde non poterat naturaliter esse eclipsis. Qđ cernēs Dionysius ariopagita maximus philosophus cū tunc esset i egypto quādo facta est ista eclipsis perpēdens non esse naturalē inquit. Aut deus nature patit aut totius mundi machina cito dissolvetur, secundū autē nō accidit adhuc. sed bene primū impletū est, qz Jesus deus verus z hō passus est. Et tunc ab athenienſibus fabricū est altare in generationē illius q tūc passus est titulātes illud altare ignoto deo. Ubi etiā alie eclipsationes solis non durāt per horā hec pmānsit per tres horas. Ad literā tanta erat iniquitas et crudelitas iudeorū vt ipse sol quasi non ferens tantā iniuriam sui creatoris subtraheret radios suos ab eis: z quasi cōpatiens morti eius tenebris vt nigro induerēt. Spiritualiter Tantus fuit dolor hui⁹ passionis, vt sol intelligentie nostre eclipsetur z obscuretur ad intelligentiā eius, nec plene capere pōt. Et ex immensitate huius doloris clamauit magna voce ām Matth. z Marc. Heli Heli. ꝛc. id est Deus meus deus me⁹ vt quid dereliquisti me. Que verba sunt sumpta originaliter ex psalmo. xxj. vbi dauid loquit in psona xpi totū illū psalmū de sua passione, vt ēm. Deus me⁹ respice in me: q̄re me dereliquisti lōge a salute mea corporali scilicet faciūt me esse ꝛba delictorū meorū. Appellat aūt delicta sua petā membroꝝ suorū. i. humani generis p quibus patiebatur. Dicit autē se derelictū a deo: nō qz diuinitas foret separata ab humanitate qz nunq̄ eā deseruit posq̄ assumpsit: sed qz subtraxerat potentiā suā nō impediēdo illos ab illo opere, z non liberādo eū de manibus eorū, sz pmittēdo facere q̄ eis placebāt erga ipm. Uel etiā dicit se derelictū a deo, eo q pars intellectiua q̄ etiā tūc fruebat deo cū summo gaudio nil refrigerij z consolationis influebat in sensitiuā. Et cum ex maximis doloribus esset anxiat⁹ z desiccat⁹ in spi-

ritibus. Dixit quintū verbū vt refert solus Johānes. Sitio. Sitiebat autē nō solū corporaliter: sed ⁊ mentaliter summe cupiēs fructū sue passiōis ad oēs extēdi acetiā virtute eius ꝛmunicari oīb⁹ martyrib⁹ ⁊ aduersa patiētib⁹ pro eoꝝ merito ipsius passiōis patiētes ⁊ fortes redderent. Et vt ait ap'ls ad Heb. Oīās cū lachrymis scz iesus in cruce ex clamore valido exaudit⁹ est pro sua reuerētia: vt oēs qui deuote suscipiūt sacramēta in q̄ bus virtus passionis remānsit salutē cōsequant. Cū aūt sic clamasset: q̄dā qui portabat vas plenū vino acetoso qđ ex felle vel myrrha mixto amarissimo, intingēs spōgiā impleuit liquore illo amarissimo ⁊ impositā spongiā calamo de hysopo apposuit ori ei⁹ ad bibēdū. Quidā alij ex romanis ministris q̄ nō intelligebant idioma hebreū cū audissent iesum pri⁹ clamasse. Hely Hely ꝛc. Dicebat ille qui offerebat spōgiā ad bibendū. Helyā vocat iste. Sine si forte veniat Helyas ad deponēdū eū. Sed iesus cū gustasset noluit bibere ꝓpter amaritudinē: ⁊ ipleta est ꝓphetia Dauid dicentis ipsona ei⁹. Dederūt in escā meā fel, ⁊ in sitī meā potauerūt me aceto. Solebant iudei q̄n ali qui illa morte cōdēnabant portare vas optimi vini ad confortandū: sed nūc ad magis affligendū dederūt vinū acetosū felle mixtū: in quo signabāt malicia suā. Populus em̄ ille erat vt spongia vacua virtutib⁹, cauernosa simulationib⁹, plena aceto frigide malicie: vbi pri⁹ i prīb⁹ fuerat vinū bonū charitatī, ⁊ mixto felle amarissimo odij ⁊ inuidie: ⁊ iō Jes⁹ noluit bibere. i. incorporari in ecclesia: sua talem populum, sed abiecit a se.

¶ Cum ergo accepisset acetū, nō quidez bibendo: sz gustādo dixit (teste solo Joāne.) Consummatum est. Sextū verbuz. i. adimpletū quod prenunciatum ⁊ figuratum est de mea passione: vñ. et precedētibus diebus cū predixit passionem suam apostolis dixerat. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā: ⁊ consummabūtur omnia q̄ scripta sunt de filio hominis. Cū ergo sciret omnia impleta: dixit. Consummatuz est. Et omnia illa sacrificia in lege mandata ⁊ mīta alia cerimonialia hāc passionē figurabāt. Ideo illis impletis omnia illa cessant et virtute carnerunt: ⁊ ideo dixit: cōsummatū est: verū ⁊ signatū sacrificiū. In omnibus aliis sensibus in cruce fuerat afflictus. In tactu manib⁹ ⁊ pedib⁹, in quibus maxime viget clāus confixis. Uisus videndo irrisiones iudeorū ⁊ crudelitates. Auditus: audiendo contumelias ipsorū ⁊ blasphemias. Odorat⁹ sentiendo fetores cadauerum q̄ in illo loco erāt. Restabat solus gustus illesus i cruce. Reliquū corp⁹ erat cruciatū ⁊ fractū p flagella ⁊ coronationē. Quia igit primus Adā cū mortificauit totū gen⁹ humanū visu offendit aspiciēdo lignū seu fructū ei⁹ qđ erat pulchrū visu. Et veriſimile ē q̄ odoriferū erat sentiēs olfactu, auditu audiēs ỹba serpēris in inuriam dei. Tactu quoq; cū tulit de pomo vetito. Gustu, cū sensit, comedēdo suauitatē cibi. Per quos sensus velut p portas peccatū intrauit in mundū: decuit multitudinis p̄ditoꝝ diaboli ars vt artē falleret ⁊ medelā ferret: ide hostis vñ ieserat: iō gustata amaritudine pot⁹ ait. Consummatū est. i. implera solutio debiti hūani generis. Insup ⁊ matrimoniū cōtractum inter xp̄m ⁊ ecclesiā: initiatū in patriarchis ⁊ ꝓphetis: p ꝓmissiōes et iuratas ratificatū in ei⁹ icarnatiōe in cruce: p cui⁹ virtutē ecclesia mūdata vnita est christo. Cōsummatū est. Et ibi ostensa ē maxime plenitudo sue ad nos dilectiōis q̄ ē fons omnis cōsummatiōis ſm psal. ¶ Demū iclinato capite dicēs. Pater i man⁹ tuas cōmendo spiritū meū. Quod fuit septimū ⁊ vltimū verbū vt testat⁹ Lucas. Tradidit spiritū. i. animā suā: q̄ tunc seperata a corpe est ⁊ sociata deitate: ⁊ ad limbū patrū descēdit. Commēdo (inq̄t) in manus tue potestatis ad carnē reassumendā. In man⁹ tue mie ⁊ beniguitatis: ad visitādum animas que erāt in penis tenebrarum. In manus tue volūtatis vt semper tibi ab ea deseruam: ⁊ hoc quidē verbum sumptum est ex psal. vbi all. In manus tuas cōmendo spiritū meū: redemisti me dñe deꝰ veritatis. Quod sic videt exponendum. O dñe qui es deꝰ auctor veritatis: tu me redemisti. s. mente tua q̄ dixisti. In man⁹ tuas cōmēdo spiritū meum: redemisti me dñe deus veritatis. Uerbo igit̄ ꝓdicto terminato cū valido clamore emisso: ⁊ iclinato capite christ⁹ mundi redēptor emisit spiritū. Sup quo Bernar. ait. O bone iesu quid tibi ⁊ mortī nos peccatim⁹ ⁊ tu luis: nos debem⁹ ⁊ tu solvis: nobis debebant flagella ⁊ afflictiōes eterne: ⁊ tu pro nobis traditus flagellari voluisti, vt nos a flagellis eternis misericorditer liberares. Eternam merueram⁹ mortē: ⁊ tu p nobis mortē dignat⁹ es. Hec ille. Et tūc ipleta est ꝓphetia Esa. liij. dicentis. Qui tradidit aiam suā in mortem: ⁊ cum sceleratis deputatus est, ⁊ ipse peccata multorum tulit. Si quis igitur a virgine gloriosa quereret. Quo abijt dilect⁹ tu⁹? Utiq; respondere poterit q̄ abijt ad sue mortis in crucis patibulo ꝛc. ¶ Sexto et vltimo abijt dilectus virginis marie ad sui corporis in alieno monumēto repositionē. Nā spiritu christi a suo corpore emisso: tu nō ois sensibilia visa sunt compati ⁊ dolore de morte domini sui. Nā terra mota est: petre scisse sunt. Uelū tēpli quod erat ante sancta sanctorū, diuisum ē a summo vsq; deorsum, vt paterent sancta sanctorū signās regnū celeste prius nobis clausum iam reseratū. Tenebre facte sunt sup vniuersaz terrā: monumēta aperta sunt. Et vt ait Matthe⁹, p preoccupationem tamē multa corpora sanctorū surrexerūt. qđ vtiq; fuit factum nō tūc sed christo resurgente. Et venerunt in hierusalē, ⁊ apparuerunt multis referētes (vt pie credi potest) de diuinitate xp̄i ⁊ redēptione hūmani generis facta p eius passionem, et de visitatione patrū in limbo. Multi autē ex simpliciorib⁹ iudeis vel gētilib⁹ videntes hmōdi signa cōpūcti sunt. Et reuertentes ad penitētiam percutiebāt pectora sua confitentes: scz peccatū suuz quod cōmiserant in cooperādo passioni christi dicentes. Uere hic homo iustus erat. Centurio autez qui missus fuerat a pilato ad exequendā iustitiam: ⁊ ipse cō punctus dicebat. Uere filius dei erat iste. ¶ Cum aūt sero fieret: ne corpora illa remanerent in crucibus die sequenti sabbati q̄ erat solēnior inter dies illi⁹ festi, ⁊ sic videretur festū dehonorari: accesserūt ad pilatū iudei postulātes vt possēt eos qui in cruce erāt crurifragio occidere ⁊ inde deponere. Quod cum cōcessisset eis pilatus: venerūt ministri eius. Et cum adhuc latrones in cruce viuerēt fregerunt crura eorū. Ex qua confractione ossiuz ex vehemētia doloris mortui sūt. Ex quib⁹ anima eius qui erat a dextris: vulgariter dicit nūcupatus Dismas descēdens ad limbū patrū, fuit subito glorificata ex visiōe diuine essentie cui vnita erat xp̄i anima: ⁊ sic habuit paradisum sibi ꝓmissum. Alter latro dict⁹ Gesmas: impenitens mortu⁹, descendit ad locum damnatorū. In quib⁹ duob⁹ latronibus figurati sunt oēs homines electi ⁊ reprobi. Omnes em̄ furati fuim⁹ in primis parētib⁹ ſm virtutē seminalem existētes de unitate quantū in eis fuit, cū eis dictum fuit a serpente. Eritis sicut dij. Uocaffectātes voluerūt (ait Aug.) rapere dignitatē ⁊ perdiderūt felicitatē. Et propter istam rapinā omnes dānamur adj crucē penalitatē huius vite ⁊ mortem. Sed cū hac differentia: qz reprobi patiunt crucē suarum penarū sed sine fructu salutis, qz non eos penitet: non se recognoscunt sed demū vita sua blasphemāt: ⁊ iō damnant. Electi aūt cōfitētes peccata sua et se deo humiliātes, ad gr̄iam puenīūt: nō virtute sua, sed misericordia xp̄i ⁊ ꝑtute passionis ei⁹. Qui vt serpēs cne⁹. i. sine veneno peccati: sed carnē similē nobz peccatorib⁹ habēs suspēsus fuit i ligno crucis propter debitū furti nostri soluendū. Juxta illud Psalmiste. Que nō rapui (inq̄t iesus) tūc exoluebant: scz in cruce. Unde apostolus ad Philippēses. ij. Cū in forma dei esset, scz Jesus, id est verus deus non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: scilicet ipse inquātum homo sicut primi parentes: sed semetipsuz exinaniuit factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Cum autē venissent ad Jesum videntes eum mortuū non eius crura fregerunt vt impleretur scriptura (inq̄t Joānes) qua habet Exo. xij. de agno ei⁹ figuratiuo. Os nō cōminuetis ex eo: sz vn⁹ militū illoꝝ gentiliū lancea sua directa cōtra latus ei⁹ trāsfixit magnū vulnus infigens: ⁊ cōtinuo ex

latere ei⁹ exiuit sanguis ⁊ aqua: vt testat Joh. sol⁹ impleta est illa ꝓphetia zacha. Videbūt in quē trāsfixerūt. Hic dic⁹ est Longinus qui postea cōuersus ad fidez martyriū ꝓ christo sustinuit. Dicunt etiā aliqui q̄ cum esset cecutiens: id est parū vel nihil videret: ex illa sanguinis tangēte oculos ei⁹ subito perfecte vidit. Ex his ēt ostēsa ē vera humanitas christi nobis similis. Uñ et. ſ. Joh. v. ōr. Tres sūt q̄ testimoniū dant in terra: scz de xp̄i humanitate vera: hō autē de terra originaliter. Spiritꝰ: aqua ⁊ sanguis q̄ xp̄s habuerit spiritū, id est animā pz: qz inclinato capite (vt dictum est) tradidit spm̄: scz deo cōmēdans ipsum spiritū, id est aiaz suā. Aqua aūt ⁊ sanguis q̄ exierūt de latere: q̄ sunt duo humores in corpe nostro magis nocti ⁊ copiosi ostēderūt corpus suū verū cē nō fantasticū: qz tale non hz sanguinez neq; aquā. Et spūaliter signa sacramēta ecclesie: eo q̄ virtutē habent ex passione xp̄i. Nā baptism⁹ q̄ est primū sacramentorū ⁊ maximū in effectu signatur in aqua. Eucharistia q̄ est vltimū ⁊ finis aliorū sacramētorū ⁊ maximū in cēt. innuit in sanguine. Uñ Chrys. Quia hinc sumūt initiū sacramēta celestia: vide vt sicut a xp̄i costa bibitur⁹ accedas: scz ad ipsa. Quidā aūt ex iudeis nobilis decurio ⁊ diues ab arimathia: ciuitate oriundus. i. ramatha discipulus iesu: q̄ nō consenserat actibus ⁊ ꝓsilio iudeoꝝ de morte iesu: sed cōtradixerat poti⁹. Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt sibi dari corp⁹ iesu: vt scz deponere posset de cruce ⁊ sepelire. Pilat⁹ aūt mirat⁹ q̄ ita cito obijsset accersito Centurione q̄ exercitoꝝ fuerat inquisitione si res ita se haberet: cōperto hoc esse dedit illi licentiā deponēdi. Uñ veniens cū Nichodemo legisperito qui discipulus occultus erat Jesu: ⁊ ad eū nocte venerat ꝓ informatiōe sui circa eum. De posuerūt eū de cruce clauz exulsis. Quis autem habere dubiuz potest quin mater eius corpus depositū susceperit in gremio suo in brachijs suis: ⁊ nūc caput spinis perforatū: nunc manus sanctissimas quarū tactu infirmi sanati fuerant aspiciens clauis perfossas: nunc pedes qui Quotidie discurrebant ad querendā hominū salutē: nūc latꝰ lācea apertū copiosissimis lachrymis ꝓfundebat. Sz et maria magdalena ad cuius pedes remissiones peccatorū acceperat: nō oblita beneficijs magistri sui illos lachrymis irrigabat: ⁊ alie marie ⁊ discipule iesu. Et q̄ ōr Luc. stabāt a lōge noti ei⁹ ⁊ mulieres ⁊c. Ꝓiusq̄ in cruce pateret locū habuit. A principio quidē fiebat iuxta crucē mater iesu ⁊ Johānes: sed post verbū ad eam. Ecce filⁱ tuⁱ ⁊c. multitudine succrescente elōgati fuerūt a cruce mater ⁊ alij noti. Demum q̄ nox appropinquabat, Joseph ⁊ Nichodem⁹ afferētes myrrhā et aloe mixturas libras centū ad condiendum corpus iesu quod seruabat in corporib⁹ hominū nobiliū ad ꝓseruandū a corruptiōe inuoluentes corpus ipm̄ in syndone mūda, id est lintheaminibus, ⁊ sudario posito super faciē ei⁹ ſm morez iudeorū: posuerunt eū in monumēto nouo Joseph in petra excisso in quo nondū quisq̄ positus fuerat: qđ monumētū erat in quadā spelūca cuiusdā orti iuxta mōtē calvarie vbi crucifix⁹ fuerat, q̄ alij euāgeliste narrāt solū de Joseph hnō est contrariū et qđ ōr Johā. ⁊ de Nichodemo. Sed qđ illi tacuerūt iste exꝓssit: ait Augustin⁹. Et qđ alij dicūt de syndone Joānes de linthеis scripsit. Qualiter aūt corpus xp̄i sepulture datū fuerit pie sic posumus cōtēplari: dū Joseph ⁊ Nichodemus vellent eū in sepulchro ponere postulabat mestissima mater sepeliri cū illo. Amplexabāt filiū suum inexplicabili amoris dulcedine deosculās illū ⁊ dicēs teste Aug. i libro de passiōe dñi. Quid feci fili (inquit) fili charissime: quare te iudei crucifixerunt: que causa mortis tue commisisti ne scelus vt tali morte perires: nō fili nō: scz sic nos redimere dignat⁹ es et mō te mortuū i gremio teneo: vbi est gaudiū illud indicibile qđ in tua natiuitate habui: dic fili charissime dic amor vnice. vita alme mee singulare gaudiū: vnicū solatiū quare me sic in dolore pimittis: cur tam lōge factus es a me: mi nate tu mihi pater: tu mihi sponsus: tu mihi filius: tu mihi omnia eras. Nunc orbo patre viduoz spōso: desolatꝰ prole: q̄d factā: quo vadā quo me vertā dulcissime, q̄s mihi

solaciū ꝓhabit. O fili mi q̄ dura ⁊ amara est tibi hāc generis ⁊ redēptio pro qua tū patri ⁊ tibi gras ago. hec Aug. in forma. Tādē Nichodemo ⁊ Joseph ceteriſq; q̄ aderāt volētibus corp⁹ xp̄i de manib⁹ virginis auferre ⁊ sepulture tradere dicebat illud qđ cātat ecclesia. Tollentibus occisum vobis gras agā sustinete modicū vt natū meū tāgā. Complectar nūc filiū deosculer ⁊ plangā illū sal tē mozinū amplexib⁹ cōstringā. Et illud Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei. Illū a dhuc panlulū relinqte mihi vt facie ei⁹ subtracto velamine valeā cōtēplari vt vidēdo alīquātulū possim ꝓsolari. Ponit tādē dñs i sepulchro ac reuolvit lapis sup illud ia pidē sepulchri maria amplectit ⁊ dolēs lāc ac made facit irriguo lachrymaꝝ fonte mestissima mater ac genuflectēs ⁊ filiū adorās oi corde ⁊ q̄ potuit voce filiū bñ dixit. O ds enarrare valeret, magdalene gemit⁹ ⁊ singult⁹ a cordis dolore cū extinctū cernebat ⁊ in sepulchro ponebat quē diligebat aia sua. Cū aūt i his diuti⁹ morarer mestissima mr̄ vsq; ad cōpletoriū horā accessit ioānes cui eā cōmēdauerat xp̄s lugensq; ⁊ ipse multū: nō ei poterat se cōtinere leuauit eā lugētē: mā cruciata gemitib⁹: fatigata doloribus: afflicta plorātib⁹ pedib⁹ stare nequibat. Attēde aia mea q̄ dure iaculatiōis aspectus maternus cōtulit⁹ prebet qñ a sepulchro filiū doloroſe anulsa pallēs facie aspera sanguine cū anhelosis suspirijs ⁊ gemitibus interruptis ac fletib⁹ lachrymosis ꝓfus ciuitatē reducit adiuta manib⁹ fidelū mulierū ꝓtebat se sepi⁹ mesta mr̄ dū tardo gressu rediret hierl'm ⁊ locū in quo extinctū filiū reliq̄rat ꝓpiciēs gemitus renouabat. Interim cū porte ciuitatis appropinquaret forte ꝓcurātibus sororib⁹ mr̄is dei portata sunt vestimenta ⁊ capitis vela none ⁊ meste viduitatis q̄ illā induerūt: ⁊ caput velauerūt. Cū aūt hora tā tarda ingrederet hierl'm plorātib⁹ cūctis femine multe sentiētes ploratus: accurrētes pietate mote sup tā afflicte mr̄is dolore ad luctū cōuertebantur amarū, ⁊ illarū quedā sequētes eā cū tanta vberrime plorabāt. Tā pie plorabat ⁊ tā amare dolebat btā ꝟgo q̄ vir poterat ꝓtinere lachrymas q̄cūq; videbat vl sentiebat eā fiebat luct⁹ q̄cūq; trāsibat: plorabat ipsa plorabāt ⁊ ambulātes cū ea: plorabāt multe veniētes obuiā ei: sic tādē deducit a plorantib⁹ q̄usq; vētū est ad domū in q̄ q̄nq; cū filio suo resident solebat: quā cū ingressa eēt rememorās loca dom⁹ i qb⁹ cū eis fuerat quer sat⁹ filiꝰ su⁹ renouabat ploratꝰ ⁊ vlulatus lachrimabilr dicēs. Heu me dolēte, vbi est nūc filiꝰ, me⁹ dilect⁹, vbi amor meus, vbi honor me⁹, vbi est lumē oculorū meoꝝ, vbi corona capitⁱ mei: vbi es tu gaudiū cordis mei: vbi es vita mea: vbi es affect⁹ me⁹: vbi solatiū meū: vbi spes alme mee Jesu fili mi. O fili mi iesu. O amor meus Jesu. O spes mea Jesu. Nec erat q̄ eā cōsolari posset ex oib⁹ charis ei⁹: sicq; ipleta est figura Thob. x. vbi ōr. Flebat igit mr̄ ei⁹ i remediabilib⁹ lachrymis, atq; dicebat. Heu me fili mi. Accedētes aūt ꝓcipes sacerdotū ⁊ pharisei ad pilatū dixerūt. Dñe recordati sum⁹ q̄ seductor ille adhuc viuēs dixit. Post tres dies resurgā. Jube ḡ custodiri sepulchrū vsq; i diē tertiū, ne forte veniāt discipuli ei⁹ i nocte, ⁊ furent eū: ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis ⁊ erit error nouissim⁹ peior ꝓore. Quib⁹ ait pilat⁹. Habetis custodiam. Ite ⁊ custodite sicut scitis. Illi aūt abeūtes signauerūt lapidē. ſ. cū sigillo: ⁊ dimiserūt ibi custodes: vt custodirēt ne q̄s ipm̄ raperet. Marie aūt sorores matris Jesu cū Magdalena posticq; corp⁹ ei⁹ fuit i sepulchro collocatū (vt dictū est) qđ sp erat deitati vnitū: illo fero emerunt aromata ꝓciosa ⁊ cōposuerūt vnctionē ꝓciosam, vt vngerēt postea corp⁹ Jesu tanq; hois sanctissimi ad ipm cōseruandū nō credētes eū deū esse. Et sabbato quidez sequēti quo corp⁹ Christi iacuit in sepulchro siluerūt ꝓpter solennitatē sabbati, expectātes dominicū diē in quo qđ fecerint ipsa die (dño fauēte) declarabit. Si ergo querat a virgine gl̄iosa. Quo abijt dilect⁹ tu⁹ ⁊c. Rndere poterit ad sui corꝑis in alieno monumento repositionē.

¶ Finit sermo de passione.

¶ Incipit sermo de planctu beate Marie virginis.

